 (r) *Alemor. 52. H. 3. I. t. 4. i. Tref.*  
*Rec. unit. 53. H. 3. Rot. 17. a.*  
 . Regerus

Rogerus de le Leye Cancellarius  
Scaccarij (s);  
Willelmus de Grauncurt (t),  
Simon Passelewe (u).

*Anno LV & LVI. Henrici III.*  
Philippus de Eya Thesaurarius (w);  
Magister J. de Chishull Thesau-  
rarius (x),  
Rogerus de la Leye Cancellarius  
Scaccarij (y),  
Magister Willelmus de Clifford  
Cancellarius Scaccarij (z);  
Willelmus de Watford,  
Willelmus de Thurlaeston,  
Robertus de Fulham, Justiciarij  
Judæorum (a).

*IX. Anno I & II. Edwardi I.*  
Philippus de Eye, Thesaurarius,

Frater Josep [ de Cauncey ] Prior  
Hospitalis S. Johannis Jeru-  
alem in Anglia, Thesaurarius (b).  
Hervicus de Borham,  
Rogerus de la Leye, Barones (c).  
W[alterus] de Hopton, Baro (d).

*Anno III & IV. Edw. I.*  
Frater J. de Kauncey Thesaurarius,  
Johannes de S. Walerico,  
Rogerus de Nortwode, Barones (e).  
Rogerus de la Ley Cancellarius  
Scaccarij (f).

*Anno IV & V. Edw. I.*  
Frater Joseph de Kauncey, The-  
saurarius (g).  
Magister Ricardus de Stanes, Can-  
cellarius de Scaccario (h).

(s) *Memor. 52. H. 3. Rot. 7. b.*

(t) *Ib. Rot. 14. a.*

(u) *Ib. Rot. 15. b. Trin. Recognit. 53.  
H. 3. Rot. 17. a.*

(w) *Hil. Memor. 56. H. 3. Rot. 4. a.*

(x) *Memor. 55. H. 3. Rot. 12. b.*

(y) *Memor. 55. H. 3. Rot. 6. a.*

(z) *Pas. Recogn. 56. H. 3. Rot. 10. a.*

(a) *Trin. Memor. 56. H. 3. Rot. 7. a.*

(b) Mandatum est Philippo de Eye, quod  
clavem Thesaurariorum Regis Westm. una  
cum omnibus in eadem existentibus, liberet  
Fratri Josep Priori Hospitalis S. Johannis  
Jerusalem in Anglia Thesaurario Regis,  
custodiend. quamdiu Regi placuerit, prout  
ad officium Thesaurariorum pertinet. Datum  
per manum W. de Merton Cancellarij nostri  
apud Westm. ij die Octobris. *Claus. 1. E.  
1. p. 1. m. 3. Memor. 1 & 2. E. 1. Rot. 12. a.*

(c) *Memor. 1. E. 1. Rot. 6. b.*

(d) *Lib. 2. E. 1. m. 6. dat. apud Weſtm.  
xxiiij die Aprilis. Et ib. m. 7. He was  
one of the Justices ad Placita coram Rege, in  
the 3d of E. 1; Lib. 3. E. 1. m. 3; and in  
the 4th of E. 1; Lib. 4. E. 1. m. 6.*

(e) Quieta clamantia Petri de Monte  
Forti facta Domini Regi. Universis — —  
&c; In praesentia Fratris J. de Kauncey tunc  
dicti Domini Regis Thesaurarij, Johannis  
de Sancto Walerico & Rogeri de Nortwode  
Baronum, Rogeri de la Leye, Magistri  
Odonis, Nicholai de Castello Rememo-  
rator., Ricardi de Staunford & Roberti de  
Walnesford Scriptorum Magni Rotuli, &  
aliorum. Datum in Scaccario, in festo S.  
Edmundi Martiris anno Regni Regis tertio.  
*Mich. Commun. 3 & 4. E. 1. Rot. 5. a.*

Liberate de thesauro nostro di & hi nostro  
Rogero de Norwod uni Baronum nostrorum  
de Scaccario decem libras in subventionem  
expensarum suarum, de dono nostro. Teste  
25 Julij. *Liberate 4. E. 1. m. 5.*

(f) *In the same 4th Year, Rogerus de la  
Leye Archidiaconus Essexie is styled nuper  
Cancellarius Scaccarij nostri; Lib. 4. E. 1.  
m. 7.*

(g) *Mich. Recognit. 4 & 5. E. 1. Rot.  
8. a.*

(h) *Ib. Rot. 7. a.*

Rogerus de Northwode, Baro (i).  
 Philippus de Wileby, Baro (k).  
 Johannes de Cobbeham, Baro (l).

Rogerus de Norwood,  
 Johannes de Cobbeham,  
 Philippus de Wyleby, Barones  
 (r).

*Anno V & VI. Edw. I.*  
 Galfridus de Neubaude Cancellarius  
 Scaccarij (m).  
 Philippus de Wilegheby, Baro (n).

Hamo Hauteyn,  
 Robertus de Ludham, Justiciarij  
 ad custodiam Judaorum assig-  
 nati (s).

*Anno VII. Edw. I.*  
 Frater Josep de Chauncy [Prior  
 Hospitalis S. Johannis Jerusalēm  
 in Anglia] Thesaurarius (o).  
 Galfridus de Neubaude Cancellarius  
 Scaccarij ;  
 Rogerus de Northwode,  
 Johannes de Cobbeham,  
 Philippus de Wyleghby, Barones  
 (p).  
 Hamo Hauteyn,  
 Robertus de Ludham, Justic. Ju-  
 dætor. (q).

*Anno IX. Edw. I.*  
 Abbas Westmonasterij Thesaura-  
 rijs (t).  
 Galfridus de Neubaude Cancellarius  
 Scaccarij,  
 Rogerus de Northewod,  
 Johannes de Cobbeham,  
 Philippus de Wileby, Barones (u).  
 Hamo Hauteyn,  
 Robertus de Ludham, Justiciarij  
 ad custodiam Judæorum assig-  
 nati (w).

*Anno VIII. Edw. I.*  
 Galfridus de Neubaude Cancellarius  
 Scaccarij ;

*Anno X. Edw. I.*  
 Frater R. Abbas Westmonasterij,  
 Thesaurarius de Scaccario (x).

(i) *Ib. Rot. 7. a.*  
 (k) *Ib. Rot. 7. b.*  
 (l) *Hil. Recognit. Rot. 8. b.*  
 (m) *Lib. 8. E. 1. m. 6.*  
 (n) *Lib. 6. E. 1. m. 4.*  
 (o) *Mich. Recognit. 7. E. 1. Rot. 8. b.*  
 & *Rot. 11. a.*  
 (p) *Each of them at xl Marks annual Fee;*  
*Lib. 7. E. 1. m. 1. & m. 3.* Philip de Wy-  
 leghby was *Keeper of one of the four Keys of*  
*the Treasury;* Rex Thes. & Camer. suis  
 salutem ; Liberate de thesauro nostro di-  
 lecta Clerico nostro Philippo de Wylegheby  
 custodi quartæ clavis Thes. nostri centum  
 solidos de termino S. Michaelis proximo  
 præterito de annuo feodo suo decem librarum  
 quod de nobis percipit pro custodia Clavis

prædictæ. T. R. apud Westm. xv die Nov.  
*Lib. 7. E. 1. m. 1.*  
 (q) *Ib. m. 1.*  
 (r) *Lib. 8. E. 1. m. 3. & m. 6.*  
 (s) *Lib. 8. E. 1. m. 2.*  
 (t) Rex Thes. & Camer. suis saluteni.  
 Liberare de thesauro nostro, dilecto nobis in  
 Christo Abbatii Westmonasterij Thesaurario  
 nostro quinquaginta marcas de termino  
 Paschæ proximo præterito de annuo feodo  
 suo quod ei concessimus percipiendum in  
 Officio prædicto. *Lib. 9. E. 1. m. 8.*  
 (u) *Lib. 9. E. 1. m. 4. & m. 8.*  
 (w) *Lib. 9. E. 1. m. 4.*  
 (x) *Recognitio Fratris R. Abbatis West-  
 monasterij, Thesaurarij de Scaccario. Titu-  
 lus Recognit. 10. E. 1. Rot. 14. a.*

Johannes de Cobeham, Baro (*y*).  
Philippus de Wileby, Baro (*z*).

*Anno XI. Edw. I.*  
Johannes de Cobeham, Baro (*a*).

*Anno XII. Edw. I.*  
Johannes de Kyrkeby Thesaurarius (*b*).  
Philippus de Wylheby Cancellarius Scaccarij;  
Rogerus de Norwod,  
Johannes de Cobeham, &  
Petrus de Cestria Præpositus Be-  
verlaci, Barones (*c*).  
Hamo Hauteyn, &

Robertus de Ludham, Justic. ad  
custodiam Judæorum assignati  
(*d*).

*Anno XIII. Edw. I.*  
Johannes de Kirkeby Thesaurarius ;  
Philippus de Wylegheby Cancellarius Scaccarij ;  
Rogerus de Northwod,  
Johannes de Cobeham, &  
Petrus de Cestria Præpositus Be-  
verlaci, Barones (*e*).  
Hamo Hauteyn, &

Robertus de Ludham, Justiciarij  
ad custodiam assignati (*f*).

*Anno XIV. Edw. I.*  
Johannes de Kirkeby, Thesaurarius (*g*).  
Philippus de Wyleghby Cancellarius Scaccarij,  
Johannes de Cobeham,  
Petrus de Cestria Præpositus Bever-  
laci,  
Willelmus de Middleton, Baro-  
nes (*h*).  
Hamo Hauteyn, &  
Robertus de Ludham, Justiciarij  
ad custodiam Judæorum assignati (*i*).

*Anno XX. Edw. I.*  
J. Eliensis Episcopus Thesaurarius (*k*).  
Philippus de Wylegheby Cancellarius Scaccarij,  
Johannes de Cobeham,  
Petrus de Cestria Præpositus Be-  
verlaci,  
Willelmus de Middilton, Baro-  
nes (*l*).  
Willelmus de Karleton unus Justic.  
ad custodiam Judæorum assignatus (*m*).

*Anno XVII & XVIII. Edw. I.*  
Johannes Elyensis Episcopus, The-  
saurarius ;

(*y*) *Ib. Rot. 14. b.*

*Rot. 4. b. At C Marks yearly Fee; Li-  
berat. 14. E. 1. m. 3.*

(*z*) *Ib. Rot. 13. a.*

*(h) Liberat. 14. E. 1. m. 3.*

(*a*) *Lib. 11. E. 1. m. 1.*

*(i) Ib. m. 2.*

(*b*) *Lib. 12. E. 1. m. 4. in eod. annexa.*

*(k) At the yearly Fee of C Marks. Lib.*

(*c*) *Ib. m. 4.*

*15. E. 1. m. 1. & m. 3.*

(*d*) *Ib. m. 4.*

*(l) Ib. m. 2.*

(*e*) *Lib. 13. E. 1. m. 1.*

*(m) Ib. m. 3.*

(*f*) *Ib. m. 2.*

(*g*) *Mich. Comman. in bund. 13 & 14. E. 1.*

Philippus de Willeby, Cancel-  
larius Scaccarij ;  
Petrus de Cestria,  
Johannes de Cobeham,  
Willelmus de Middleton, Baro-  
nes (n).  
Magister Willelmus de Marchia  
Thesaurarius Regis (o).  
Willelmus de Carleton, &  
Petrus de Leycestre Justiciarij ad  
custodiam Judaorum affignati  
(p).

*Anno XVIII. & XIX. Edw. I.*  
Magister Willelmus de Marchia,  
Domini Regis Thesaurarius (q).  
Idem Magister Willclmus, The-  
saurarius Scaccarij (r).  
Philippus de Wilegby, Cancel-  
larius de Scaccario (s).  
Petrus de Cestria, Baro (t).  
Johannes de Cobeham, Baro (u).  
Willelmus de Middleton, Baro (w).  
Willelmus de Carleton,  
Petrus de Leycestre, Barones (x).

*Anno XX. & XXI. Edw. I.*  
Magister Willelmus de Marchia  
Thesaurarius (y).  
W. de Langeton, Thesaurarius (z).  
Philippus de Wilgheby Cancel-  
larius Scaccarij,  
Johannes de Cobeham,  
Willelmus de Carleton,  
Petrus de Leycestre, Barones (a).

*Anno XXII. & XXIII. Edw. I.*  
Willelmus Bathoniensis & Wel-  
lensis Episcopus, Thesaurarius  
(b).  
Philippus de Wylgheby Cancel-  
larius Scaccarij ;  
Johannes de Cobeham,  
Willelmus de Carleton,  
Petrus de Leycestre, Barones (c).

*Anno XXIII. Edw. I.*  
Walterus de Langeton Thesaura-  
rius Regis (d).  
Philippus de Wilughby Cancel-  
larius Scaccarij,  
Johannes de Cobeham,

(n) *Mich. Memor.* 17. fin. & 18. ini-  
ciend. E. 1. Rot. 1. a. *Parte 1.*

(o) *Trin. Comitum.* 18. E. 1. Rot. — a.

(p) *Lib.* 19. E. 1. m. 3.

(q) *Lib.* 19. E. 1. m. 4. at C Marks per  
Annun Stipend.

*He had been before Clerk of the King's  
Wardrobe.* *Lib.* 13. E. 1. m. 4.

(r) *Paf. Memor.* 18. E. 1. Rot. — a.

(s) *Trin. Recogn.* 18. E. 1. Rot. — b.

(t) *Mich. Recogn.* 18. E. 1. Rot. — a.

(u) *Paf. Recogn.* 18. E. 1. Rot. — a.

(w) *Mich. Recogn.* 18. E. 1. Rot. — b.

(x) *Paf. Memor.* 26 & 27. E. 1. Rot.  
23. a.

(y) *Lib.* 20. E. 1. m. 4. at C Marks per  
Ann.

(z) *Mich. Commun.* 25. E. 1. inter Manu-  
capt.

(a) *Lib.* 20. E. 1. m. 2.

(b) *Paf. Commun.* 22. E. 1. Rot. 1. a.

(c) At 40 Marks per Annun, each ; *Lib.*  
22. E. 1. m. 2.

(d) Liberale de thesauro noſilio Roberto  
de Colbrok — — T. R. apud Wycombe  
xxx die Junij. Per ipsum Regem, nuncia-  
nte Waltero de Langeton Custode Gar-  
derobæ Regis. *Lib.* 23. E. 1. m. 1. in  
Ced. Liberale de thesauro noſilio Iterio de  
Ingolifina — T. R. apud Cantuar. 10 die  
Octobris. Per ipsum Regem nunciate  
W. de Langeton Thesaurario Regis. *It.*  
*juxt.*

Willelmus de Carleton,  
Petrus de Leycestre, Barones (e).

*Anno XXIV. & XXV. Edw. I.*

W. de Langeton Coventrensis &  
Lich. Electus, Thesaurarius (f).  
P. de Wylughby, Tenens locum  
Thesaurarij, & Cancellarius  
Scaccarij (g).

J. de Drokenesford Tenens locum  
Thesaurarij (h).

Johannes de Insula, Baro (i);  
Johannes de Cobeham,  
Willelmus de Carleton,  
Petrus de Leycestre, Barones (k).

*Anno XXVI. Edwardi I.*

W. Coventrensis & Lich. Epis-  
copus Thesaurarius (l).  
P. de Wylughby [Decanus Linc.  
Pas. Commun. 26. & 27. E. 1.  
Rot. 24. b.], Cancellarius Scac-  
carij (m).

Johannes de Cobeham,  
Willelmus de Carleton,  
Petrus de Leycestria,  
Johannes de Insula, Barones (n).  
Johannes de Insula, Baro (o).

*Anno XXVII. Edw. I.*

W. Coventrensis & Lychfeldensis  
Episcopus Thesaurarius Regis  
(p);  
Philippus de Wylgheby Cancel-  
larius Scaccarij;  
Johannes de Cobeham,  
Willelmus de Carleton, & Petrus  
de Leycestre, Barones (q).

*Anno XXXI. Edw. I.*

W. Coventrensis & Lichfeldensis  
Episcopus Thesaurarius (r).  
Philippus de Wylgheby Cancel-  
larius Scaccarij;  
Willelmus de Carleton,  
Petrus de Leycestre, Barones (s).  
Willelmus de Carleton, & Petrus  
de Leycestre, Justiciarij ad cus-  
todiam Judæorum assignati (t).

*Anno XXXI. Edw. I.*

W. Coventrensis & Lich. Episcopus-  
Thesaurarius,  
Philippus de Wylgheby Cancella-  
rius de Scaccario, & Tenen-  
locum Thesaurarij;  
Willelmus de Carleton,

(e) Cap. 25. ad Ann. 27. E. 1.

(f) Mich. Memor. 25. E. 1. Rot. notat. R. in dorso.

(g) Trin. Commun. 24. E. 1. Rot. 38. a.  
Mich. Recorda 25. E. 1.

(h) Teste J de Drokenesserd Tenente  
locum Thesaurarij xxiiij die Octobris anno  
xxv Mich. Commun. 25 & 26 E. 1. Rot.  
39. b.

(i) Literæ Patentes factæ Johanni de In-  
sula, de Oclavo in Londonia affidenda;  
Teste 8 Dec. anno 25. Mich. Record. 25.  
E. 1.

(k) Cap. 25. ad ann. 27. E. 1.

(l) Hil. Commun. 26 & 27 E. 1. Rot.

15. a.

(m) Hil. Commun. ib.

(n) Hil. Commun. ib.

(o) Hil. Commun. 27. E. 1. Rot. 15. a.

(p) Lib. 27. E. 1. m. 3.

(q) A Liberale for the Areræ of their  
yearly Fee due to them de annis regni nostri  
vicefimo tercio, vicesimo quarto, vicesimo  
quinto, vicesimo sexto, & vicesimo septimo.  
Ib. jux.

(r) Lib. 31. E. 1. m. 2.

(s) Ib.

(t) Ib.

Petrus de Leycestria,  
Johannes de Insula,  
Rogerus de Hegham,  
Magister Ricardus de Abyndon,  
Barones (a).

*Anno XXXII. Edwardi I.*  
Philippus de Wylgheby Cancellarius Seaccarij (w).  
Rogerus de Hegham, Baro (x).

*Anno XXXIV. & XXXV. Edw. I.*  
Walterus Coventrensis &c Lich.  
Episcopus, Thesaurarius (y).  
W. de Carleton, Tenens locum  
Thesaurarij (z).  
Willelmus de Carleton,  
Magister Ricardus de Abyndon ;  
Barones (a).  
Rogerus de Hegham, Baro (b).  
Johannes de Benstede Cancellarius  
Seaccarij (c).  
Humfridus de Waleden, Baro (d).

*Anno I. Edw. II.*  
W. Wygornensis Electus, The-  
saurarius,  
J. de Dronenesford Cancellarius  
Seaccarij (e).  
Johannes de Sandale Cancellarius  
Seaccarij,  
Willelmus de Carleton,  
Rogerus de Hegham,  
Magister Ricardus de Abyndon,

Magister Johannes de Everdon ;  
Barones (f).  
[Die 14°. Martij, Aslidebat Amadeus Comes Sabaudie] (g).  
[Die Maij 27, Aslidebant,  
J. Cicestrensis Episcopus Cancel-  
larius Angliae,  
Rogerus de Brabazon Justiciarius  
de Banco Regis,  
Radulphus de Hengham Justici-  
arius de altero Banco,  
Johannes de Benstede Custos Gar-  
derobæ Regis,  
Et alij de Consilio Regis] (h).  
[Die Sabbati in Supervigilia Nati-  
vitatis S. Johannis Baptistæ, ad-  
fuerunt  
J. de Langeton Episcopus Ci-  
cestrensis Cancellarius Angliae,  
W. Wygornensis Electus The-  
saurarius,  
R. le Brabanzoun Justiciarius de  
Banco Regis,  
J. de Dronenesford Cancellarius  
Seaccarij,  
J. de Benstede Custos Garderobæ  
Regis,  
Willelmus de Carleton,  
Rogerus de Hegham,  
Magister R. de Abendon,  
Magister J. de Everdon, Barones,  
Willelmus de Bereford Justiciarius  
de Banco] (i).

(a) *Hil. Commun.* 31. E. 1. Rot. 28. a.

(w) *Lib.* 32. E. 1. m. 1.

(x) *Ib.*

(y) *Trin. Commun.* 35. E. 1. Rot. — a.

(z) *Hil. Commun.* 35. E. 1. Parte 2. Rot. 31.

(a) *Hil. Commun.* 34. F. 1. Rot. 20. a.

(b) *Trin. Commun.* 35. E. 1. Rot. — a.

(c) *Trin. Commun.* 35. E. 1. Rot. 59. a.

(d) *Trin. Commun.* Ib. Rot. 59. b.

(e) *Trin. Brevia* 1. E. 2. Rot. 68. b.

(f) *Hil. Commun.* 1. E. 2. Rot. 40. b.

(g) *Ib.* Rot. 40. b.

(h) *Pat. Record.* 1. E. 2. Rot. 56. a.

(i) *Trin. Commun.* 1. E. 2. Rot. 69. a & i.

*Anno II. Edw. II.*

W. Wygorn. Episcopus, Thesaurarius.  
W. de Carleton, Baro (k).  
J. de Sandale Tenens locum Thesaurarij,  
J. de Foxle, Baro (l).

*Anno V. Edw. II.*

W. de Norwyco Tenens locum Thesaurarij & Baro.  
J. de Merkyngfeld Cancellarius Scaccarij.  
J. de Foxle,  
Magister Ricardus de Abindon,  
Mag. Johannes de Everdon ; Barones (m).  
Johannes Abel, Baro (n).

*Anno VI. Edw. II.*

Johannes de Merkyngfeld Cancellarius Scaccarij (o).

Waltero de Norwyco Tenens locum Thesaurarij (p) & Baro Johannes de Foxle (q).

Magister Johannes de Everdon  
Magister Ricardus de Abyndon (r).  
Johannes Abel (s).  
Alisidebant W. Wygornensis Episcopus,

Adomarus de Valencia Comes de Pembrok,  
H. le Despenser,  
J. de Sandale Tenens locum Thesaurarij,  
Et alij de Consilio] (t).

*Anno VIII. Edw. II.*

W. de Norwyco Thesaurarius (u).  
Hervicus de Staunton (w).

*Anno IX. Edw. II.*

Walterus de Norwico Thesaurarius (x).

(k) *Mich. Brev. Retornab.* 2 E. 2. Rot. 114. a.

(l) *Trin. Commun.* 2. E. 2. Rot. 89. a.

(m) *Hil. Commun.* 5. E. 2. Rot. 31. b.

(n) *Ante. cap.* 21.

(o) Rex tenenti locum Thesaurarij & suis Camerarijs salutem. Liberare de thesauro nostro dilecto Clerico nostro Johanni de Merkyngfeld Cancellario Scaccarij nostri viginti marcas de termino Paschæ proximo præterito de annuo feodo suo quadraginta marcarum quod ei concessimus percipendum in Officio supradicto. T. R. apud Westm. xv die Julij. *Liberate* 6. Edw. 2. m. 4. & Ib. m. 3.

(p) Rex tenenti locum Thes. & Camerarijs suis salutem. Liberare de thesauro nostro dilecto & fideli nostro Waltero de Norwyco tenenti locum Thes. prædicti, quinquaginta libras quas ei concessimus de dono nostro in iubventionem expensarum & misurarum quas haetenus fecit in obsequio

nostro in Officio supradicto. T. Regis apud Westm. xxij die Julij. Per ipsum Regem, nunciante Comite Pembrochiae. *Ibid.*

(q) R. eisdem salutem. Liberare de thesauro nostro dilecto & fideli nostro Johanni de Foxle uni Baronum nostrorum de Scaccario nostro, viginti marcas de termino S. Michaelis proximo præterito, de annuo feodo suo quadraginta marcarum quod ei concessimus in Officio supradicto. T. R. apud Wyndesore ix die Octobris. *Ibid.*

(r) *Sub stipe xl marcarum per annum.* *Ibid.*

(s) *Habuit xl marcas per annum.* *Ib. m. 3.*

(t) *Hil. Commun.* 1. E. 2. Rot. 40. b.

(u) Anglia. De W. de Norwyco admissio ad Officium Thesaurarij. *Mich. Commun.* 8. E. 2. Rot. 1. a.

(w) *Mich. Commun.* 8. E. 2. Rot. 1. a.

(x) *Hil. Recogn.* 9. E. 2. Rot. 73. a.

Johannes de Hothum Cancellarius	<i>Anno XII. Edw. II.</i>	J. Wintoniensis Episcopus, Thesaurarius ( <i>y</i> ).
Johannes Walewyn Thesaurarius ( <i>z</i> ).		J. de Okham ( <i>f</i> ). Robertus de Wodehouse ( <i>g</i> ). J. Abel ( <i>b</i> ).
H. de Stanton ( <i>a</i> ).		<i>Anno XX. Edw. II.</i>
Magister Johannes de Everdon ( <i>b</i> ).		Robertus Ayleston Cancellarius
W. de Norwyco ( <i>c</i> ).		Scaccarij ( <i>i</i> ). Johannes Reedswell Baro ( <i>k</i> ).
J. de Foxle ( <i>d</i> ).		

(*y*) *Paf. Recogn. 9. E. 2. Rot. 75. b.*

(*z*) Edward par la grace de Dieu &c, Au nostre cher Clerc Mestre Johan Walewyn nostre Tresorer, saluz.—. Don 29. Sept. an. 12. *Mich. Brevia 12. Edw. 2. Rot. 62. a.*

(*a*) *Hil. Commun. 12. Edw. 2. Rot. 54. a.*

(*b*) *Ib.*

(*c*) *Ib. Rot. 54. b.*

(*d*) *Paf. Commun. ib. Rot. 56. a.*

(*e*) Edward par la grace de Dieu &c, Al honourable Pier en Dieu J. par la meisme grace Evesq; de Wyncestre nostre Tresorer falutz.—. Don 28. Novemb. an. 12. *Mich. Brevia 12. Edw. 2. Rot. 71. b.*

(*f*) *Ib. just.*

(*g*) *Ib. Rot. 56. b.*

(*h*) *Trin. Commun. ib. Rot. 57. a.*

(*i*) *Pat. 20. E. 2. m. 27.*

(*k*) *Ib. m. 19.*

The END of the HISTORY of the EXCHEQUER.



A N T I Q U U S  
D I A L O G U S

De S C A C C A R I O ;

*Gervasio de Tilbury vulgo adscriptus :*

E duobus vetustis Codd. MSS.

*Nigro & Rubro,*

In S C A C C A R I O R E G I O affervatis.

Dialogum recensuit, & primùm edidit, Lectiones variantes,  
Notasque adjecit, ac Dissertationem Epistolarem præmisit,

*Thomas Madox.*



---



---

# DISSERTATIO EPISTOLARIS.

Amplissimo & Nobilissimo Baroni,

C A R O L O Domino H A L I F A X,

Pari M A G N A E B R I T A N N I A E,

*Thomas Madox S. P.*

**T**RACTATUS *sive Dialogus* sequens, Baro Nobilissime, Historicis atque Antiquarijs nostræ gentis jampridem in pretio fuit; etiam dum in codicibus MSS delituit. Quin & mihi videbatur aptissime coincidere argumento Historiæ quam de Scaccario in præcedentibus schedis concinnavi. Propterea huic volumini inserendum duxi. Nunquam antehac totus integerque editus, jam tandem Tuis auspicijs in lucem prodit. Tuis inquam auspicijs. Quum enim consilium inibam edendi ad calcem meæ Historiæ accuratum *Dialogi* exemplar juxta Codicem MS qui *Liber Niger Receptæ* dicitur; simulatque honorem consecutus eram id mei consilij Tibi exponendi, copiam mihi pro Tua humanitate fecisti quatenus in Te erat, non illius tantum Codicis MS, sed & aliarum menibrarianum veterum authenticarum, quotquot reconduntur in Scaccarij Regij Thesauraria, quæ tribus obliterari solet clavibus, quarum unam

ut *Auditor* quem vocant *Percyie* geris. Complusula sane hujus *Dialogi* exemplaria MS, moderno charactere exarata, in Bibliothecis tum publicis tum privatis reperiuntur. Honos mihi obtigit mutuo accipiendo exemplaria ejus duo, que quidem prae alijs quæ mihi forte obvenerant legibilia & emendata sunt, extantii nimis in instructissima Bibliotheca Doctissimi Baroniis Johannis Domini Somers. Horum dum exemplarium ope transcriptum integrum *Dialogi* fieri jussi. Deinde illud transcriptum ipsemet quam potui diligentissime cum *Libro Nigro* MS supra memorato, atque etiam cum *Libro Rubro* MS in Scaccario Regio asservato contuli; sicut inox fuisus exponam. Et quoniam exemplarium examinatio nonnisi a duobus, altero prælegente altero codicem inspiciente, fit; in hoc transcripto ad fidem utriusque illorum Librorum MSS examinando, opem operamque peti & obtinui a Viro strenuo mihiique amicissimo *Georgio Holmes*, vicemgerente Viri Clarissimi *Ricardi Topham*, sacrarum membranarum in archivis Turris Londoniensis repositarum Custodis Regij, Amici mei humanissimi. Adeoque hæc editio justa & castigata jure censenda. Jamque adsum, Baro Ornatussime, ut quem mihi Traëtatum in *Nigro Libro* descriptum suppeditasti, eum typis expressum Tibi præsentem. Præfentoque quanta maxima possum cum observantia, pro eo ac Tua Dignitas Virtusque exposcent. Sunt autem aliae rationes, ob quas exoptavi hanc editionem Tuo nomine præfixo ornari. Per orbem Britannicum incharuisti literatorum Patronus: uti & ipse literis ingenioque præcellis. Ita serio doctrinæ provehendæ operam dedisti, ut solidam isto pæcto existimationem comparasti & ad feros nepotes duraturam. Speciatim vero, hoc potissimum nomine a me celebrandus es, quod nempe Historicen Scientiamque Antiquariam promovere curasti. Baro Somers ac Tuipse, pro ea qua apud Dominos *Wilhelnum* & *Mariam* pridem Regem & Reginam Angliae felicis memoriæ valuistis gratia, auctores fuitis ut jussu Regio inchoaretur præclarum illud opus Colligendi & in lucem emitendi Fœdera, Conventa, & Acta Publica, quotquot uspiam in Archivis reperiri poterant, quæ inter Anglorum Reges & Exteros Reges atque Respublicas per aliquot præterita secula intercesserunt. Quod quidem opus gratia Serenissimæ Reginæ ANNÆ etiamnum utcunque pergit. Præterea, justum rectumque est maximas ab Antiquariis nostræ Britanniae gratias referri, perquam Honorabilibus & perquam Reverendis Proceribus ac Prælatis selecti cœtus, a Camera Procerum in Parlamento confidentium (Te ibi coram & palam proponente) delegatis, ad perlustranda singula Recordorum (a) Repositoria

(a) *Vocabulo nostratium forensi utor.*

quæ

quæ *Londoniæ* sunt (*b*), & Tibi in specie, Baro eruditissime, Quod vos omnes Proceres Delegati negotium illud tam solerti cura peregristis: Quod *Recordorum* repositoria ipsimet adiustis; Quod recorda quo essent in statu sagaciter perspexistis; Quod providistis ea a tempestate aliquaque damnosis casibus illæsa servari, quin & in methodum redigi, indicibusque si qui defuerant adjectis publico usui aptos reddi; In summa, quod a Regia Thesauraria amplas impetratis pecuniae summas (quæ pro innata Reginæ Optimæ munificientia facile concessæ) ad actes cameraisque in quibus recorda assertantur instaurandas & reficiendas. Hoc sane sicut est suapte natura opus summis laudibus efferendum; ita non potest non esse apprime gratum acceptumque ijs omnibus, quibus veneranda Antiquitatis monumenta in pretio sunt.

Indultus est mihi honor vos Proceres Delegatos comitandi: Semel videlicet, quum Archivum Regium Turris *Londoniensis* visum ibatis; quo tempore ibi aderant perquam Honorabiles Domini, *Thomas Comes de Stamford*, *Radulphus Baro Grey de Werk*, *Johannes Baro Poulet de Hinton St. George* nunc Comes *Poulet*, *Johannes Baro Somers*, *Carolus Baro Halifax* (Amplitudinem Tuam innuo), ac plurimum Reverendi *Johannes Cichestrensis* & *Wilhelmus Carliensis Episcopi*: Itemque alia vice quando perlustrastis Domum Capitularem *Westmonasterij*, aliud Recordorum Regiorum Reppositorium; quo die ibi adfuerunt Perillustres Domini *Thomas Comes de Stamford*, *Carolus Comes de Sunderland*, *Johannes Comes de Anglesey*, *Laurentius Comes de Rochester*, *Carolus Vicecomes Totenkend*, *Johannes Baro Poulet*, jam Comes *Poulet*, *Johannes Baro Somers*, & *Tuipse Baro Amplissime*, ac admodum Reverendus *Wilhelmus Episcopus Carlisleensis* (*c*), associato ipsis *Christophoro Wren* Equite Aurato, Architecto Regio: Iterumque alia vice, quum Repositoria Turris *Londoniensis* denuo inviseretis; quo tempore ibi praesentes erant perquam Honorabiles Domini *Thomas Comes de Stamford*, *Johannes Baro Somers*, & *Tuipse*, ac plurimum Reverendus *Gilbertus Episcopus Sarreberiensis*. Permitte autem si placet ut hic profitear, maximo me oblectamento perfusum fuisse, videntem atque notantem quam solicite omnes Proceres Delegati prospexistis, ut Regia Recorda tuta & sarta tecta serventur. Neque vero heic loci a me reticendum est propositum aliud laudatissimum (cujus

(*b*) *Vernacular Appendix*, The Lords Committees to consider the Method of keeping Records in Office.

(*c*) *Nominis Procerulus qui in Demo Capitulari tunc adiut crudens fieri que emisi. Si quis forte emis, is niki benignus ign-*

*nsciat & murariæ leti' tr'nat orz at qu' ob-  
tj' r. Omisi' jnt cut'm embolures ali' Pro-  
ceres ac quartam ijs Praet'is, qui p'j Dele-  
gatis nominabantur, jnt ajs mag'is impediti  
vel easu absuerunt.*

Tu vel auctor vel adjutor), providendi nimirum pulcram & magnificam Bibliothecam ad Codices MSS Musei *Cottoniani* quod *Westmonasterij* est (Thesaurum certe quantivis pretij) condendos promendos. Quod quidem propositum gratia & munificentia ANNÆ Reginæ pientissimæ aliquando adimpletum iri sperare licet.

Proximo loco nonnihil dicendum erit, Baro Illustrissime, de Tractatu sive Dialogo quem hic Tibi in manus do. Duo illius vetusta exemplaria MSS hodie supersunt. Unum descriptum in *Nigro Libro* qui est in *Recepta Scaccarij Regij*, in custodia Thesaurarij & Camera-riorum; Alterum in *Libro Rubro* qui custoditur a Rememoratore Reginæ in Scaccario Baronum: utrumque antiqua exaratum manu. Exemplar quod in *Libro Nigro* extat charactere minusculo & densiusculo scribitur: Et scriptum fuit, ut conjicio, tempore circiter *Edwardi I. Regis Angliae*. Transcriptor, quisquis is fuit, aliquoties vacua in textu spatia reliquit; siquando scilicet exemplar quo usus est non potuit perfecte legi: Eaque vacua spatia (nonnunquam ad instar trium aut quatuor linearum) supplentur ab alterius cujusdam penna, & diversa quidem a reliquo textu scripture; at simili illi quæ sub *Edwardo I. Rege vulgo usurpata* fuit; sicut, inter examinandum, atten-tius intuentes conjectabamur. Hujus exemplaris textus integer est. Sed nulli habentur tituli seu lemmata capitum. Ubi ea inseri debuerant, passim relinquuntur spatia vacua; sicut per linearum fracturas quæ sunt ad initium quamplurimum e capitibus conjicere licet; quæ spatia (ut fit) Transcriptor postea non adimplevit. Indicium autem, ex quo liquere possit quisnam vel Dialogum composuerit vel istius exemplaris scriptor fuerit, in *Libro Nigro* nullum reperio.

Exemplar alterum quod est in *Libro Rubro*, scribitur charactere admodum parvo & compressio; & scribi potuit (conjectando loquor) circa *Henrici III. Regis* tempora anteriora, vel forsan *Johanne* regnante. Nullum habet Titulum generalem, neque auctoris nomen præfixum. Nam folio 31. a. sic infit, *Ordinatis a Deo potestatibus &c;* Et in dorso ejusdem folij sic orditur, *Anno xxij regni Regis Henrici secundi, cum federem ad fenestrarum speculae &c.* Deinde sequitur Dialogus columnam scriptus. Iste *Liber Ruber* quandam fuit *Alexandri Archidiaconi Salopiæ*. Id quod ipse disertis verbis testatur in charta sive scripto cuius tenorem in margine apposui, de quadam Concordia facta coram Rege & compluribus Magnatibus, inter Episcopum *Herefordiæ* & illius Urbis Cives (*d*). Hæc Concordia in *Libro Rubeo* sequitur continuo post

(*d*) Anno Domini Mccxxvij<sup>o</sup>, Regni Regis H. filij Regis J. xj, vigilia S. Mar- garetæ fuit Rex Londoniæ apud Westmonasterium in capella S. Johannis cum Mag-natibus

post finem Tractatus de cuius auctore disquirimus; scripta scilicet eadem pagina seu dorso folij in quo Tractatus definit, & quidem charactere ni fallor coævo illi in quo Tractatus scribitur. Hanc Concordiam scribebat ipse Alexander; ipsomet testante se *interfuisse & hoc scripsisse*.

Iste Alexander Archidiaconus *Salopiæ*, fuit *Alexander de Swereford*, vir præstantissimus, cuius memoria fausta est, & apud Antiquarios hodiernum viret floretque. Scaccarij primum Clericus, dein Baro. Cognominatus *de Swereförde*, a villa sive parochia ejus nominis in Comitatu *Oxonienſi*. Cujus parochiæ fuit primum Vicarius, deinde Rector (*Personam vocarunt*), ab Abbe & Conventu *Oseneice* præsentatus (e). Anno Regis *Jobannis* 17°, fuit Clericus familiaris Episcopi *Coventrenſis*; & Regis permisſu obviam Episcopo suo trans mare profectus est. Occurrat *Salopiæ* Archidiaconus, & testis chartæ *Roberti de Watford* Decani ac Capituli *Londonienſis* 5 Kal. Dec. 3. H. 3. (f). Concessit ei *Henricus III.* Rex, tunc Archidiacono *Salopiæ* & Clerico Regis, xx marcas per annum, ad se sustentandum (g). Anno 18 H. III. die 6 Julii, in Scaccario Regis recedit tanquam Baro (h). Anno 123<sup>1</sup><sub>2</sub>, die 15 Jan. memoratur Thesaurarius S. Pauli *Londonie* (i). Item A. D. 1241, ut Thesaurarius S. Pauli *Londonie* attestabatur chartæ qua *Adam Scotus* donavit Ecclesie *Pau-*  
lineæ redditum annum duodecim solidorum (k). Obiit 14 Kal. No-  
vemb.

natibus quibusdam. Et venit ibi H. Foliot Herefordensis Episcopus, qui Cives Herefordiæ xl nominatim excommunicaverat, eo quod in communi tallagio Regis in Civitate homines suos concives & inhabitantes Civitatem, & homines Canonicorum talliaverant, & namia pro tallagio ceperant. Civitatem etiam totam interdicto supposuerat. Hijs igitur coram Rege propositis, sub tali forma quievit negotium in eadem Capella eadem die: videlicet quod Episcopus absolveret excommunicatos omnes in forma ecclie, & interdictionem relaxaret, restitutis namis captis Hominibus Episcopi & Canonicorum; & Archiepiscopi & Episcopi dijudicarent postmodum de emenda & satisfacione [Ecclesiasticorum iurium]. Hijs interfuerunt & consenserunt, Ipse Rex II. Et H. de Burgo Justiciarius, Episcopi Eustachius Londoniensis, Ricardus Sarresburiensis, Radulfus Cicestrensis Regis Cancellerius, Jocelinus Bathoniensis, Walterus Karleolensis; Justiciarij de Banco, Thomas de Muleton, Robertus de Lessinton, Thomas de Haidon, Henricus de Braibroc; Ba-

ronibus & Militibus alijs, Radulfo filio Nicholai, Godefrido de Craucumbe, Nicholao de Molis, Theobaldo Hautein, Reimundo de Burgo, Guillelmo filio Garen., Philippo de Obeigny, Henrico filio Acherij, Henrico de Capella; Clericis, Radulfo de Norwiz Justic. Judeorum, Ranulfo Britone Confiliar. Justiciarij, Magistro Henrico de Bullopesbirie, Henrico de Cornhill Cancellatio Londonie, & Alexandro Archidiacono *Salopiæ* Clerico tunc Domini Regis, qui intersuit, & hoc scripsit; Cujus liber ite fuit. Lib. Rub. Seacc. fol. numerata xlvj, b. col. 2.

(e) Bib. Cott. Vitell. E. 15. fol. 204. col. 1.

(f) Ib. Tiber. C. 5. fol. 156.

(g) Pat. 12. H. 3.

(h) Cl. 18. H. 3. dñsf. m. 16.

(i) Pat. 16. H. 3. m. 9.

(k) Testibus, Petro Londonensi Archidiacono, Henrico Cancellario, Alexandro Thesaurario, Rogero Præcentore, Willelmo de Sanctæ Mariæ Ecclesia, Godefrido de Wesham, Ricardo de Wendovere, Ricardo Foliot, Ricardo de Stanford, Hugone de Sancto

vemb. anno 1246 (*l*) ; sepultus in ecclesia S. Pauli, ad altare S. *Ceddae* ; ubi quandam cantariam fundavit. Haec memoranda de insignissimo *Salopie* Archidiacono nuperrime mecum communicavit Rev. & Cl. Vir, idemque in me amicissimus, *Matthæus Hutton de Aynbo* S. T. P. Et sunt alia aliquammulta, ut memini, hoc genus, de vita moribusque *Alexandri* Archidiaconi, quæ non est hic recensendi locus. Progredior.

Quanquam *Alexander* fortean vel collegerit vel scribi fecerit in *Libro Rubro* exemplar illud Dialogi quod in codem Libro extat ; verisimile tamen est, Dialogum ipsum ante *Alexandri* tempora compositum ; scilicet ante tempora R. *Henrici III*, aut etiam *Johannis*. Hoc exemplar proculdubio ex aliquo alio exemplari aut libro fuit exscriptum. Nam exscriptor nonnunquam alba spatiola reposuit pro verbis quæ vel legere non potuit vel non satis intellexit : Et alibi nonnulla verba per errorem scripsit loco aliorum, quæ ijs, juxta modum scripturæ & abbreviationis illis temporibus usitatum, similia erant ; sicut & D. *Georgius Holmefius* & egomet, *Librum Rubrum* oculis insipientes, conjectati sumus. Porro, *Alexander* qui Regi in Scaccario suo jam inde a diebus *Willelmi de Ely* servierat (*Willelmi*, inquam, *de Ely*, qui in initio imperij R. *Johannis* Thesaurarius Regis fuit) sedulam operam impenderat colligendis quas potuit rebus memorabilibus, ad Scaccarium, Regiumque Proventum, & Tenuras pertinentibus. Hoc sane consilio in *Librum Rubrum* (quo usus videtur pro Collectaneorum penu) multa e Rotulis Annalibus (quos hodie *Magnos Rotulos Pipæ* vocamus) de Servitijs Militaribus excerpta retulit. Et inter alia quæ in Libro illo congescit, integrum conservare fategit nostrum hunc de Scaccario Dialogum. Sed Dialogum superius innui, Baro Amplissime, *Alexandri* Archidiaconi ævo antiquiore esse. Idque ex intrinsecis quibusdam notis sive indicijs vero simile videtur. Exempli gratia. Dialogi auctor eo ipso modo de *Curia Regis* loquitur, quo loqui solitum est ante Curiarum juridicarum partitionem (*m*). Pleraque Brevia ab ipso citata stylum Regalem singularis numeri præ se ferunt (*n*) ; ubi R. *Henricus II*, annis imperij sui posterioribus, & post eum omnes *Anglie* Reges, numero plurali scriperunt, *Nos & Nostrum &c.* Usitatæ sunt apud ipsum phrases sive dictiones quædam antiquitatem primævam

Sancto Edmundo, & Willelmo de Welleburn, Canonicis Sancti Pauli ; Radulfo Eswi tunc Majore Lond[onie], Roberto filio Johannis Aldermanno, Simone filio Mariæ tunc Vicecomite Midelfexice — .

Actum Londoniæ 1241 — . E pixide,  
P, in archivō Decani & Cap. Londoniæ.

(*l*) Bibl. Cott. Vitell. E. 15. f. 198.

(*m*) L. 1. cap. 6.

(*n*) L. 1. c. 6. Thesaurarius &c.

spirantes.

spirantes. Legem seu Statutam, *Affissam* vocat (*o*), Judices itinerantes, errantes (*p*), Auxilia Civitatum & Burgorum Regi praestita, *Dona* (*t*), Navem Regis qua mari iter facere solitus est, *Eneccam* (*r*). Adde, si placet, ea quæ auctor dicit de *Danegeld* (*s*), *Ordalio* (*t*), catallis Usuriorum (*u*), & in similibus. Revera, e Tractatu ipso apparet, anno Henrici II. Regis compositum. Nam illi Regi inscribitur; & ipse in eo saepius memoratur tanquam tunc vivus ac superstes (*w*). Conjecterim auctorem annis jani dicti Regis prioribus, & post aliquandiu, vixisse. Norat sane vel viderat *Robertum Leicestriæ* Comitem, qui Capitalis Justiciarij munere temporius sub *Henrico* II functus est (*x*), vitaque excessit A. D. 1168, [14. H. 2.] referente *Houedeno* (*y*). Colloquium habuerat cum *Henrico [de Blois] Wintoniensi* Episcopo (*z*); qui A. D. 1171, obiisse dicitar (*a*). Magnis elogijs cumulat *Nigellum Eliensem* Episcopum, ut qui ipsum probe norat (*b*); & expressim dicit, se *Nigelli*, cum Thesaurarius esset, locum in Seccario absentis supplesse (*c*). Enimvero creditur *Nigelli* filius (*d*). *Nigellus* Episcopus obiit A. D. 1169, (15 H. 2.), ut habetur in Annalibus *Wintonie* & Historia *Eliensis* (*e*). Manifeste, mortuus erat anno circiter R. *Henrici* II. 15° (*f*). In summa, Tractatus iste videtur vel partim scriptus vel forsitan perfectus statim post annum R. *Henrici* II. quartum & vigesimum. Testatur auctor se scribere incepisse anno Regis illius vigesimo tertio (*g*). Loquiturque de Brevi Regio emanante sub Termino S. *Michaelis* anni vigesimi quarti (*h*), tanquam de re tunc recens facta. Et ad hoc fere temporis spatium refertur alia clausula Dialogi. —

“ *A Ricardo* (inquit auctor) *Pictavensi* Archidiacono, nunc *Winto-*

(*o*) *L.* 2. c. 10. Sic est, sed de.

(*p*) *L.* 2. c. 10. Fit interdum.

(*q*) *L.* 2. c. 13. Quid affisa communis.

(*r*) *L.* 1. c. 6. Ad hanc, sicut ad.

(*s*) *L.* 1. c. 8. Sic est, sed prosequamur.

*L.* 1. c. 11. Quid *Danegoldum*. *L.* 2. c.

12. Placita autem dicimus.

(*t*) *L.* 2. c. 7. Adverte autem.

(*u*) *L.* 2. c. 10. Sic est, sed de.

(*w*) *L.* 1. c. 11. Insula nostra suis. *Ib.*

*L.* 2. c. 2. Licet haec ad opus. *Ib.* *L.* 2. c. ult.

(*x*) *L.* 1. c. 11. Insula nostra suis.

(*y*) *P.* 2. p. 512. n. 50.

(*z*) Hujus institutionis causam ab *Henrico* quondam *Wintoniensi* Episcopo sic accepi. *Dialogi L.* 1. c. 15.

(*a*) *Annal. Eccles. Wint.* ap. *Angl. Sacr.* *T.* 1. p. 301.

VOL. II.

(*b*) *Dialog. L.* 1. c. 8. Movet te? nec.

(*c*) *L.* 1. c. 11. Insula nostra suis.

(*d*) *Annal. Eccl. Wint.* ap. *Angl. Sacr.* *T.* 1. p. 301. *HL. Elien.* *Edl.* p. 629.

(*f*) *Nigellus Elyensis* Episcopus i.e. de *L* marcis, de frontione sua ad maritandam filiam Regis: In Thesauro xxx marcas. Et debet xx marcas. Sed mortuus est; & requiescat in pace. *Annal. Rot.* 15. *HL. 2. Rot.* 10. *v.* *Contab. Eccl. Elien.*

*Nigellus Elyensis* Episcopus debet xx marcas. Sed mortuus est; & requiescat in pace. *Annal. Rot.* 16. *HL. 2. Rot.* 6. *ib.* *Contab.* & *Rot.*

(*g*) Anno xxij regni Regis *Henrici* secundi, cum federem ad senectam &c. *Paul.* in proem.

(*h*) *L.* 1. c. 8. Movet te? nec.

“nienſt Episcopo (i).” Ille autem *Ricardus Archidiaconus electus dicitur Episcopus Wintoniensis Kal. Maij A. D. 1173, (Anno 19<sup>o</sup>, in eunte 20<sup>o</sup> R. Henrici II); obiitque A. D. 1188, (viz. anno ultimo R. Henrici II) (k).*

Jam, si Tuæ Amplitudini placeat, inquirendum venit, Utrum *Gervasius Tilburienſis* istius Tractatus auctor fuerit, an quis alius. Per aliquam multos annos elapsos *Gervasio* quasi communi hominum antiquariorum sententia adscriptus innotuit: atqui ob quam rationem adscriptus, augurari nequeo. Ea res mihi videtur adeo in obscuro posita, ut profecto si queratur, Quisnam *Gervasius Tilleberienſis* fuerit, lubens fateor me inter antiquas membranas nihil de eo reperisse. A scriptoribus modernis traditur materno genere ab *Henrico II. Anglorum* Rege ortum duxisse. Literarum scientem fuisse. Et complura scripsisse; speciatim historiolam de Regibus *Angliae & Francie*, quam *Othoni IV. Imperatori Alemanniæ*, filio *Henrici Ducis Saxonie & Matildæ filiæ Henrici II. Regis Anglorum* inscripsit (l). Historiola illa a *Chefno* edita est inter Scriptores *Francicos*. Gerit ibi titulum hic in margine inferius memoratum (m); continetque quasdam Regum *Angliae & Francie* res gestas breviter perstrietas. *Gervasius magna apud Othonem Imperatorem gratia fuisse* (n), & ab ipso Marecallus Regni *Arelatensis* designatus, fertur (o). Floruit (inquit *Baleus* loco supra citato) tempore R. *Johannis*. Et quidem circa illud idem tempus floruit *Otho*; nimirum, regnibus R. R. *Ricardo I. & Johanne*; sicut e memorandis quæ mox citaturus sum liquere poterit. Tuæ Amplitudinis favore & patientia fretus, paulisper ab argumento meo digrediens, nonnulla hic de *Othone Gervasij* Patrono enarrabo. Recolligendum est, *Othonem* (qui suo seculo eisque emicuit, ut *Germanie Imperator*

(i) *L. 2. cap. 2.* Cum sicut commemoras.

(k) *Angl. Sac. T. 1. p. 301.*

(l) *Gervasius Tilberienſis, Henrici II. Anglorum Regis* ne (s—). Quæ iuste didicrat homo candidus, postorati editis libellis consecravit; maxime *Othoni* quanto Imperatori, *Johannis* Regis ex matre nepoti, domino suo incomparabili. Qua apud eum authoritate & gratia fuerit hinc apparet, quod *Arelatensis* ditieis *Marecallus* designatus sit. Causa ejus transmigrationis fuit, quod *Otho* maternum genus ab *Anglica* muliere *Mathilde, Henrici Anglorum Regis* filia, duxit. — Clariuit anno incarnationis *Mofiae 1210.* sub Rege *Joanne. Balei Scriptor. Brit. Centur. 3. p. 250.* Ex co-

dem Rege *Henrico* prodijt hinc *Ducissa Saxonie*, cuius *Flos tu, Serenissime Princeps, ut bonæ arboris dulcissimum beneficium processisti. Gerv. Tilleber. Fragment. ad Ottm. IV. Imp. edit. a Ducheſtio inter Hist. Franc. Script. T. 3. p. 373. b.*

(m) *Fragmentum de Regibus Francorum & Anglorum, ex Libro de Memorabilibus mundi, qui alias Solarium Imperatoris seu Otia Imperialia nominatur. Auctore Gervasio Tilleberensi Marecallo Regni Arelatensis. Ad Ottонem IV. Imperatorem. Ibid. apud Ducheſt. Hist. Franc. Script. T. 3. p. 373. a. b.*

(n) *Balei utri sup.*

(o) *Ducheſt. utri sup.*

eligeretur,

eligeretur, seu electus renunciaretur) Regia stirpe *Angliae* prognatum. Mater ei fuit Domina *Matilda*, filia primogenita *Henrici II. Regis Angliae*, principis potentissimi & magnificentissimi (*p*): Pater, *Henricus Dux Saxonie*. Illius Conjugij loboles malecula fuerunt *Henricus*, *Otho*, & *Willenus* cognomento *Anglicus*. *Willenus Anglicus* procreati sunt Duces *Brunswici* & *Lunenburgi*. Sicque fundementum positum est antiquæ inter Regalem *Angliae* stirpem, ac Illustrissimas *Brunswici* & *Hannoverie* familias, consanguinitatis; Quæ sane temporibus modernis in persona Dominae *Elisabethæ*, matris Serenissimæ Principis *Sophie* nunc Electricis Dotissæ de *Hannoveriæ*, feliciter renovata fuit & confirmata. Ea de causa æquum bonumque judicavi, ab interitu conservare, quin & perpetuæ quantum in me est memorie tradere, aliqua ex ijs quæ notabilia in antiquis membranis occurrunt de illustrissima illa Familia, quam gens *Anglorum* altissima ut par est veneratione profequitur.

Annales *Waverleiensis* tradunt *Othonem A. D. 1198* [10 Ric. I.] electum fuisse Imperatorem (*q*); & A. D. 1209, a Papa *Innocentio III. Romæ* coronatum (*r*). Frequens in antiquis *Angliae* gentis membranis tum de *Othone* tum etiam de *Willeno Anglicus* mentio fit (mitto enim de reliquis e Serenissima illa stirpe loqui ad præsens). Instantiæ gratia: Anno circiter *Henrici II. trigesimo secundo*, *Willenus Anglicus* hic in *Anglia* degebatur, sub cura ac tutela avi sui jam dieti Regis *Henrici II.* (*s*); & postea, regnante *Ricardo I.* avunculo suo, sub illius cura positus (*t*). *Otho* utique sub id tempus in *Anglia* vitam egit, habuitque præcep-

(*p*) Que el Rey de Inglaterra su suegro era el mas estimado Rey que avia en la Christiandad, y fue Señor de muy grandes estados en Francia: y assi por su respeto, a quien llamava invictissimo y siempre triunfador. [*Innuendo, R. Henricum II. Anglie fuisse Christianorum principum sui ævo æstimatisimum, salutatunque Inviictissimum & semper Triumphantem.*] Annales de Aragon T. 1. L. 2. f. 77. a. ad A. D. 1170.

(*q*) Mœxiui, Anno x<sup>o</sup> Regis Ricardi; Oto minor filius Henrici Ducis Saxonie, nepos Ricardi Regis Anglorum, electus est in Imperatorem Alemannie. Annal. *Waverl.* p. 166.

(*r*) Mœxiix, Oto filius Ducis Saxonie, nepos Regis Johannis, proxima Dominica post festum S. Michaelis diadematæ Imperiali coronatus est Romaæ a Domino Papa

*Innocente III.* Et cito inter Imperium & Summum Pontificem orta est discordia. *Ib. ad ann. ill.*

(*s*) Et pro acquietandis pannis Willelmi Anglii, filii Ducis Saxonie, & Nutricum suarum, & Lotricis sine, & Magistri sui, viij l. & xvij s. & viij d. per breve Rannuiti de Glanvilla. *Mag. Rot. 32. Hen. 2. Rot. 4. a. Londonia & Aliddiyea.* Et vidante, *Hyst. Sacra. Vol. 1. cap. 10. S. & 12. ad ann. 1. Ric. I. Henricus de Cornhill &*

(*t*) Et in procurationibus Willelmi filij Ducis Saxonie, & filia Comitis Galtridi Britanniæ, a feito S. Hylarii usque viij diem post Cineres, Lxix s. & viij d. per breve Regis, & per visum Willelmi Tailatoris. *Mag. Rot. 2. R. c. 1. R. t. 1. t. t.* Civitas Wintoniae.

torem *Morbodenem* quendam (u). Rex *Ricardus I.*, anno imperij sui 3<sup>o</sup>, dedit *Othoni* palefridum (v); & euidam Equiti suo, *Jordano*, xx marcas (x). Idem Rex (anno suo quinto & sexto) vestimenta quædam emi & provideri jussit, in usum Regis *Othonis* & sodalium suorum quum ab *Anglia* in *Germaniam* proficierecentur (y). Sub idem sere tempus Rex *Othoni* dedit tres penulas panni de *Lindesia* & duas robas panni de *Stanfordia* tinti (z). Rex idem *Ricardus I.* (anno suo decimo) misit Domino *Othoni* in *Germaniam* magnam pecunia vim; enjus illuc vendæ expensæ ad xx marcas attigit (a). Deinceps, regnante Rege *Johanne*, *Oto* siue occurrit memoratus nomine Regis *Othonis*, Regis Romanorum seu *Almannie*, ac Imperatoris. Rex *Johannes*, anno suo primo, misit ei in *Germaniam*, grandem pecunia summam, per manum quorundam Comitum & aliorum (b); & solvi jussit *Constantino de Colonia* xl l, in exoneracionem aitis alieni *Othonis* Regis Romanorum (c). Anno R. *Johannis* quarto quidam Camerarius Regis *Othonis* in *Anglia* fuerat; item quidam *Gerardus de Rodes* & *Radulfus de Ardenna* ad Regem *Othonem* ab *Anglia* missi; itemque duo Nuncij ac duo Tubicinæ ab Rege *Othono* missi ad Ayunculum suum R. *Johannem* in *Anglia* (d). Proxi-

(u) Et Morbodoni Magistro Otonis filij  
Ducis Saxonum, x l, ad eundem ad Regem  
in negotijs suis; per breve Cancellarij.  
*Mag. Rot. 2. R. 1. Rot. 12. a. Chent.*

(v) Et Otoni filio Ducis Saxonie xl s,  
ad emendum i palefridum; per breve Can-  
cellarij. *Mag. Rot. 3. R. 1. Rot. 9. b. Cam-  
tebrugseira & Hantsloneira.*

(x) Et Jordani Mili Othonis nepotis  
Domini Regis, filij Ducis Saxonum, xx  
marcas, per breve Cancellarij. *Mag. Rot.*  
3. *R. 1. Rot. 11. a. Londonia & Midd.*

(y) Et pro Robis emptis ad opus Regis  
Otonis filij Ducis Saxonie & Sociorum  
suum quando perrexerunt in Alemanniam,  
xvij l & viij d; per Breve Regis. *Mag.*  
*Rot. 5. R. 1. Rot. 12. Londonia & Midd.*

(z) Et Otoni filio Ducis Saxonum l s,  
pro tribu: *jeouilis de Lindesia & duabus*  
*iobis de Stanfordi tintiis per breve Regis.*  
*Mag. Rot. 6. R. 1. Rot. 15. b. Surrey.*

(a) Et Roberto de Wanci & Ricardo de  
Heret xx marcas: ad Thesaurum Regis con-  
ducendum ad Dominum Otonem in Ale-  
mannia, & ad alia necessaria cis invenienda.  
*Mag. Rot. 10. R. 1. Rot. 15. a. Kent.*

(b) Reginaldus de Cornhill re de CCCC  
& xij l & viij s & viij d. ob., Et de C & Lxvi  
& viij s & viij d Numero de firma de Kent  
—; Et in cultamento Paßlagij cum the-  
sauro quem Rex misit Otoni Regi Roma-  
norum, per Comites & alios transfretantes,  
vij l & dimidia marca, per Breve Regis.  
*Mag. Rot. 1. Job. Rot. 5. a. Kent.*

(c) Et Constantino de Colonia xl l, in  
solutione debiti Otonis Regis Romanorum  
quod Rex pro eis solvit. *Mag. Rot. 1. J.*  
*Rot. 9. b. Linlolia & Middlesex.*

(d) Et pro Paßlagio Camerarij Regis  
Otonis Alemannie & Sociorum suorum xvij  
marcas, per Breve Galfidi filij Petii. Et pro Paßlagio Gerardi de Rodes & Radulfi de  
Ardenna ad Regem Ottinem, v marcas, per  
idem Breve. Et Rogero Balistario iiii mar-  
cas pro opere Balistarij, per idem Breve.  
Et Nuntijs Regis Otonis contibus ad Re-  
gem, xl & iij marcas & i palefridus de Dono  
Regis, per Breve Galfidi filij Petri —.  
Et in Paßlagio duorum Trumpatorum Regis  
Alemannie & duorum Nuntiorum ejusdem,  
xl s, per Breve ejusdem. *Mag. Rot. 4. J.*  
*Rot. 15. b. Kent.*

mo anno R. *Johannes* dono dedit Regi *Othoni* palefridum (e). Anno Regis *Johannis* octavo, *Lambertus Senescallus* Regis *Othonis* in *Angliam* missus fuit (f); Itidemque *Conradus R. Othonis* Senescallus (g). Anno R. *Johannis* nono, in *Anglia* moram trahebant quidam Nunciij Regis *Othonis* (h); itemque *Johannes Camerarius* ejus ac *Lambertus de Colonia* [rерum suarum in *Anglia*, uti videtur, procuratores] (i). Anno R. *Johannis* decimo, Rex *Alemanniæ* habuit quosdam Nuncios suos in *Anglia* morantes (k). Anno R. *Johannis* undecimo, triginta sex librae & una marca, jubente *Gelfrido filio Petri*, solutæ *Conrado Senescallo* [*Othonis*] Imperatoris, ad pretiosam suam supellegium & alia *Coloniae* invadiata redimenda (l). Anno R. *Johannis* decimo tertio, mille marcæ jussu Regis solutæ *Conrado de Wilre* Imperatoris [*Othonis*] in *Anglia* Nuntio (m). Eodem anno, Rex dono dedit Duci *Saxoniæ* quatuor pateras deauratas, & unam deauratam Ducis Nuntio (n). Anno ejusdem Regis quartodecimo, *Henricus filius* Ducis [*Saxoniæ*] ab *Anglia* in *Germaniam* reversus eit. Quo etiam tempore quidam Nunciij *Othonis* Imperatoris in *Anglia* morabantur (o).

(e) Et Normanno de Camera eungi in Alemanniam iij libras, ad unum palefridum amendum ad opus Regis *Otonis*; per Breve G. filij Petri. *Mag. Rot. 5. J. Rot. 1. a. Londonia & Midd.*

(f) Et in passagio *Lamberti Senescalli* Regis *Otonis* & sociorum suorum xxij s, per Breve *Gelfridi filij Petri*. *Mag. Rot. 8. J. Rot. 5. a. Kent.*

(g) Et *Conrado Senescallo* Regis *Otonis* xij l & xs, ad expensis suas, per idem Breve [i. e. *Gelfridi filij Petri*]. *Mag. Rot. 8. J. Rot. 6. a. Londonia & Middlesex.*

(h) Et Nuncijs Regis *Otonis* v marcæ, per breve *Gelridi filij Petri*. *Mag. Rot. 9. J. Rot. 4. a. Kent.*

(i) Robertus de Insula reddit compotum de xl & ijs & vd, sicut supra continetur; In Thesauro nichil; Et *Johanni Camerario* Regis *Alemanniæ* & *Lamberto de Colonia*, x l & ijs & vd, per Breve G. filij Petri; Et *Quicetus* est. *Alag. Rot. 9. J. Rot. 10. a. Canturig. & Huntend.*

(k) Et in passagio *Archidiaconi Staffordia* & *Nuntiorum Regis Alemanniæ*, xx s, per Breve Regis. *Alag. Rot. 10. J. Rot. 1. a. Kent.*

(l) *Gelridus filius Petri* reddit compotum de CCCC marcis quæ recepit de *Reginaldo de Cornhill*--. De quibus debet

respondere. Abbatii scilicet de Binnendon xl marcas; Et *Conrado Senescallo* Imperatoris xxxvj l & j maream, ad vadia sua & jocalia acquietanda apud *Coloniam*. *Alag. Rot. 11. J. Rot. 6. b. post Hircostrefirion.*

(m) Fratres Militie Templi reddunt compotum de x millibus marcarum quas receperunt de pecunia Regis: In Thesauro nichil; Et *Conrado de Wilre* Nuntio Imperatoris mille marcas, per breve Regis; Et debent ix mille marcas. *Alag. Rot. 13. J. Rot. 9. b. Londonia & Middlesex. Ac Mag. Rot. 15. J. Rot. 11. b. Londonia & Middlesex.*

(n) *Computatum fuit ad Seccarium Johanni filio Hugoni, Elmeri de Cocham & Bray -- viz. Pro iij Cupis deauratis datis Duci Saxoniae xxv l, per idem Breve [Regis]; Et pro una Cupa deaurata data certidu- do Nuntio Ducis *Saxoniæ* --, per idem Breve. Alag. Rot. 13. jeb. Rot. 22. a. Oxon. f.*

(o) Et in expensis *Henrici filij Duchi* & in warilibus Nativis fuit quin. lo. recedit xxvi l & ijs & ijd. per breve Regis; Et *Willhelmo de Cantilupo* ad expensas Nuntiorum Imperatoris, iij l & xs & viij d. per idem Breve. *Alag. Rot. 14. J. Rot. 18. a. Nov. a. & Aug. a.*

Ad summam, *Otho* mortem obiisse fertur in *Saxonia A. D. 1218* (p).

Persuasum habeo, Vir Illustrissime, Te mibi condonaturum hanc etiā praelongam digressionem; praesertim cum ea subiectam materia in introducit nostrum utrique acceptissimam. Familiam Serenissimam *Hannoveræ* singulari veneratione colis. Id quod ore proprio testandi opportunitatem habuisti. Quando nimis non ita pridem (q), ANNÆ Reginæ potentissimæ jussu *Hannoveram* profectus eras; a Curia *Hannoverana* magna gratia & benevolentia exceptus.

Ad Tractatum de quo disquiritur redeo. Manifestum sane est, ejus Tractatus auctorem fuisse in rebus Fiscalibus versatissimum; quin & in Scaccario Regio plurimis annis deservisse, munusque insigne obiisse. Exadverso, e nullo quod quidem sciam Recordo seu scripto authenticò enotescit, *Gervasium Tilberiensem* aliquas in Scaccario Regis tanquam Baronem aut aliud genus Ministerium partes egisse. Fuit sane sub initium imperij R. Henrici II, quidam *Gervasius* qui fuisse videtur Clericus sive Officiarius in *Recepta Scaccarij*; quia *Gervasius de Thesauro* (quai dixerit, *Gervasius de Thesauraria* seu *Recepta*) nuncupatur. Ille *Gervasius* in *Magno Rotulo* anni secundi Regis Henrici II, immunitatem habuit Danegeldi (*quietantiam* vocabant a *Danegeldo*) in Comitatu Suthamtoniæ, virtute rescripti Regij (r). In *Magno Rotulo* anni quarti ejusdem Regis, *Gervasius de Thesauro*, virtute Brevis Regii de *Perdono*, quietantiam habuit in Comitatu Suthamtoniæ de summa ei imposita nomine *Doni Comitatus* (s). Anno ejusdem Regis decimoquinto, quietantiam asseditus est *Gervasius de Thesauro* per Breve Regis, de Communi affisa sive amerciamento propter murdrum Hundredo de Netham irrogato (t). Atqui non constat, hic vocatum *Gervasium de Thesauro*, fuisse *Gervasium Tilleberensem*. Multo verisimilius, fuisse quempiam alium. Etenim si *Gervasius Tilleberensis* materno sanguine ab Rege Henrico II, ortum duxerit; hic *Gervasius de Thesauro* non potuit per ætatem, ut opinor, idem esse qui *Gervasius*

(p) *Catal. Honor.* p. 342.

(q) A. D. 1706.

(r) *Hist. Scacc. Vol. 1. Cap. 17. sect. 1. tit. De Danegeldo.*

(s) Et idem Vicecomes [Turstinus] r c de C marcis argenti de Dono Comitatus; In Thesauro xxxvi l & vii s & ij d; Et in Perdonis per Brevia Regis, Episcopo Wintoniæ xxij l & xij s & iij d, Et Johanni Marescallo xix s & ij d, Et Willelmo Ma-  
led[octo] x s & vj d, Et Gervasio de The-

sauro ij s & iii d, Et Gaiolarijs Regis xvij d; Ec. Mag. Rot. 4. H. 2. Rot. 8. a. *Hantefcira*.

(t) Et idem Vicecomes r c de Lxvjs & ij d, de Netham hundredo pro j murdro. In Thesauro xxvij s; Et in Perdonis, per brevia Regis, Abbatii de Bello ijs & x d. Et Willelmo Malduit Camerario iij s & iiiij d, Et Gervasio de Thesauro viij d: Et debet xxxj s & iiiij d. Mag. Rot. 15. H. 2. Rot. 11. a. *Hantefcira*.

*de Tilleberia.* Siquidem *Gervafius de Thesauro* anno secundo Regis *Henrici II*, quippe qui tunc Clericus in *Recepta* meruit, matura saltem aetate fuit. Verum Rex ipse *Henricus II*, anno imperij sui secundo, annis duntaxat viginti tribus aut eo circiter natus erat.

Præter hæc, probabiliter inferri potest *Gervafium de Tilleberia* virum Laicum fuisse, ex eo quod Regni *Arelatenſis* Marescallus nominatus fuit. Ex altera parte, hujus auctorem *Dialogi* virum Ecclesiasticum fuisse prægnantibus quibusdam ab ipso *Dialogo* desumptis indicis evincitur. Forsan objecerit quis Marescalli non fuisse usque adeo Laicum officium, quin eo interdum Clerici fungerentur. Sic in Scaccarij Curia factum est. Is qui ibi vices Marescalli *Angliae* gerere solebat, quandoque Clericus fuit, denominatusque *Clericus Marescallie*. Hujusce rei complures instantias suppeditat præcedens Historia (u) : Pariliter, Constabularij, quod perinde ac Marescalli officium Laicum videatur, non raro a Clericis administrabatur. Qui enim in Scaccario vice Constabularij *Angliae* servire solebant, ut plurimum Clerici erant, nuncupati utique *Clerici de Constabularia* (w). Quintam, regnante *Henrico III*, *Eboracenſis* Archiepiscopus Turris *Londoniensis* Constabularius fuit (x) : & regnante *Edwardo I*, vir ecclesiasticus *Antonius Bek* Constabularius fuit Turris *Londoniensis* per annos bene multos, tum antequam Episcopus *Dunelmensis* factus esset, tum etiam post (y). Veruntamen, vel ista quam posui objectio, vel quæ ad eam fulciendam adduci possint argumenta, nihil, ut mihi persuadeo, impedient, quin Marescalli officium proprie Laicum fuisse arbitremur. Notandum est, quod Marescalli & Constabularij de Scaccario officia actis præcipue Clericalibus consistebant. Id quod etiam, opinor, supponendum de officio Constabulatus Turris *Londoniae*, quatenus illud executus est *Antonius de Bek*. Non enim probabile est, ipsummet *Antonium* in suo Constabularij officio ejusmodi acta peregisse, quæ proprie erant *Militum Servientum*, & *Hominum ad arma* (z), at potius ea quæ ordini Clericali erant consentanea. Quocirca Marescallatum *Arelatenſem* fuisse proprie Laicum munus, ad præfens autim Tua venia

(u) *Hift. Seacc.* cap. 24. fo 3. 6.

5. *Lib. 9. E. 1.*

(w) *Hift. Seacc.* cap. 24. fo 3. 5.

Liberate — A Dunelmenſi electo, Con-

(x) Liberate — W. Archepſcopo Ebo-  
racenſi Constabulatio Turris Londonie — .

flabulario Turris nostræ Lond. nuc — . *Lib.*

*Lib. 57. H. 3. m. unica.*

11. *E. 1. m. 3.*

(y) Liberate de thetauro nostro, dilecto Clerico nostro Antonio Bek Constabulatio nostro Turris nostræ Londonie, quinquaginta libras — . *Lib. 3. E. 1. m. 3.*

Liberate — Venerabili patri A Dunel-  
mensi Episcopo Constabulatio Turris nostræ  
Londonie — . *Lib. 12. E. 1. m. 1.*

Antony Bek had £1 per annum, pro Cus-  
todia Turris Londonie. *Lib. 8 E. 1 m.*

(z) *Anglice vocabantur*, Knights, Ser-  
geants, and Men at Arms; *Albionianae*,  
Chivalers, Sergeanz, & Gentz d'—  
armes.

pro admisso sumere. E contrario, satis liquet hujus Tractatus auctorem virum fuisse Ecclesiasticum. Fuis rei testimonia aliqua ex ipso Tractatu hauriri possint. Auctor pallim tali stylo modoque scribendi utitur, qualis illo seculo viris ecclesiasticis fere usitatus fuit. Possessiones praediales vocat, *Temporalia* (*a*) ; vocabulo tunc temporis & etiam usque hodie Praelatorum redditus annuos denotante. Scribit ut peritior Textuarius quam pro virorum sui ævi Laicorum modulo. Abundat enim allusionibus ad S. Scripturæ dictiones ; sicut in locis infra citatis (*b*) & alibi videre est ; imo ipsum quem de Scaccario sermonem habuit ad sensum spiritualem seu sacramentalem convertit (*c*). Sed non est verbis opus. Auctor ipse palam fatetur se virum Ecclesiasticum. “ In sponte oblatis (inquit) apud omnes lex una servatur, ut siue Clericus sit siue Laicus, qui solvendo non fuerit, donec satisficerit careat impetrato. Observatur etiam idem in omnibus alijs quæ quovis paeto Regi debentur a Clericis, cum scilicet suæ dignitatis & liberæ possessionis privilegium allegare neglexerint. De elegantibus autem quid fieri debeat, a discretis & Deum timentibus Laicis, si placet resesto ; hijs enim ad præsens ex industria supersedeo, ne dicar meæ conditionis hominibus ultroneas leges & initiora jura dictasle (*d*).” His quæ dixi pensatis, verisimile videatur *Gervafium de Tilleberia* Dialogum hunc non composuisse. Succrescit ergo heic loci, Magnifice Baro, alter nodus. Nimirum, si modo *Gervafius de Tilleberia* non esset Dialogi auctor, quærendum quis demum fuerit. Profecto Dialogi auctor is idem fuit qui librum seu tractatum contexit inscriptum, *Tricolumnus*. Expresse testatur se juvenem scriptisse librum illum ; redditque rationem cur eo nomine, *Tricolumni*, vocaverit (*e*). Hoc quidem evincit, eundem fuisse Dialogi auctorem qui *Tricolumni* ; sed quisnam is fuerit non edocet. In summa ; hujuscè nodi solutio facilis erit, si fides in hoc casu danda sit (& jure merito, ni fallor, danda est) *Alexandro de Swereford*, viro insignissimo, cuius ante sepius meminimus. Is in proemio collectaneorum quæ de Feudis Militum coegerat, in hunc modum profatur. Hic *Alexandri* sensum in arctum redigam ; ipsa ejus verba statim in margine descripturus. Anno (innuit) R. Henrici III. decimoquinto, ego *Alexander* Archidiaconus *Salopensis*, *Westmonasterij* in Regis Scaccario

(*a*) *L. 1. c. 5.* Sic fit ut quivis.

(*c*) *L. 1. cap. 5.* Noscis quod sermo.

(*b*) *Proam. incipien.* Ordinatis a Deo.

(*d*) *L. 2. cap. 26.* In sponte oblatis.

*L. 2. cap. 2.* Licet hæc ad opus. *L. 2. cap. 18.* Satis audisti. *L. 2. c. 25.* Item fit est.

(*e*) *L. 1. cap. 5.* Libellus quidem interdum.

residens, antiquos Rotulos Annales diligenter evolvi; omnique opera enitebar ad Militaria servitia quæ Regi per totam *Angliam* præstari debuerunt pernoscenda: Et in ideo magis folicite animum intendi, quod neque *Nigellus* quondam *Eliensis* Episcopus Regis *Henrici I.* Thesaurarius, rerum Scaccarij peritissimus, neque *Ricardus Londoniensis* Episcopus (qui *Nigello* in Thesaurariatu successit) tametsi in suo Tractatu sive libello superius conscripto satis copiose de his quæ ad Scaccarium spectant differuit, neque vero *Willelmus de Ely* (f), vir utique rerum Fiscalium admodum peritus, sub quo, imperante R. *Jobanne*, ego in Scaccario servire solebam; quod, inquam, horum trium nullus vel ea plene exquisierit, vel exquisita commendaverit literis. Hic sane *Alexander Archidiaconus* luculenter enarrat, quis composuit Tractatum de Scaccario *Gervasio Tilburienſi* vulgo addictum; *Ricardum* scilicet filium *Nigelli* Episcopum *Londoniensem*, illum ipsum fuisse. Ille *Ricardus filius Nigelli* olim Clericus fuerat R. *Henrici II.*; cui etiam Thesaurarij munere fungens aliquam-multis annis in Scaccario servierat (g); a R. *Ricardo I.* ineunte imperio suo factus *Londoniensis* Episcopus. Hoc proinde notandum. Proœmium *Alexandri Archidiaconi* incipit in *Libri Rubri* folio 47°. Et Tractatus de Scaccario *Gervasio de Tilleberia* attributus, in eodem *Libro Rubro* (sicut in principio hujus epistolæ innuebam) describitur in folijs proximo & immediate isti 47° pœuntibus. Nam Tractatus a folio 31° incipit, & 46° desinit. Neque ullus præter hunc Tractatus sive Libellus de rebus Scaccarij in precedentibus *Libri Rubri* folijs reperitur. Adeoque ex ijs quæ *Alexander Archidiaconus* de *Ricardo Londoniensi* Episcopo, suoque de Rebus Scaccarij Tractatu in precedentibus *Libri Rubri* folijs scripto dicit, liquido constat ni fallor, *Alexandrum* credidisse *Ricardum* illum *Londoniensem* Episcopum fuisse Tractatus hujuscæ auctorem. Verba ipsa Proœmij *Alexandri* quod jam in testimonium voco, hic infra in margine sunt apposita (h). Ad eundem fere modum,

in

(f) Non *Willemus de Longocampo Episcopi Eliensis*; sicut V. Cl. *Johannes Selden*, in *Libro suis inscripto, Titles of Honour*, viz. p. 57, errore levius abeptus posuit.

(g) *Hist. Scac.* Vol. 1. cap. 2. fct. 10.

(h) Anno Domini MC'xxx, Anno videlicet xv Regni Regis *Henrici* filij Regis *Johannis* qui fuit frater Infuperabilis imperij Regis *Ricardi*, qui tuit filius Regis *Henrici*, Cujus mater *Matildis* imperatrix, Cujus mater *Matildis* Regina An-

glorum, Cujus mater *Margareta* *Regina Scotorum*, Cujus pater *Eadwardus*, Cujus pater *Eadmundus ferreum-latus*, cuius pater *Ædelred*, Cujus pater *Edgarus pacificus*, Cujus pater *Eadmundus*, Cujus pater *Eadwardus senior*, Cujus pater *nobilis Alurendus*, qui fuit filius *Fadwlf Regis*, Qui fuit filius *Eghrichi*, Cujus pater *Alemanthus*, Cujus pater *Ella*, cuius pater *Eppa*, Cujus pater *Ingels*, Cujus frater fuit *Emothianus Rex* In nomine, quoniam pater *Ceomod*,

in alio *Libri Rubri* loco, præclarus ille vir *Alexander Archidiaconus* Dialogum nostrum memorat per verba *Libro superiori*. “ Quid (in-“ quit ibi) sit Danegeldum, & propter quod assisum, Libro superiori “ est expressum (i);” plane ad Dialogi Librum Primum & caput undecimum referendo. Quem igitur *Alexander Archidiaconus*, *Londoniensis* Episcopo *Ricardo filio Nigelli* pene coætaneus, hujus Tractatus auctorem credidit, quidni nos etiam credamus.

Jam videmur, Amplissime Baro, Dialogi auctorem competrisse. Hoc comperto, illum effuse laudare non est necesse. Sufficiat dicere, Dialogum scriptum esse a viro rerum Fiscalium scientissimo, & ut suum.

qui fuit filius Cedwald, qui fuit Cutha, qui fuit Cuthwin, qui fuit Chelulin, qui fuit Chenric, qui fuit Creoda, qui fuit Ceordic, qui fuit Elefa, qui fuit Ecla, qui fuit Genuis; Iste fuit caput gentis sue, a quo & tota illa gens nomen accepit. Hujus pater fuit Wig, Cujus pater fuit Frewine, Cujus pater fuit Freodegar, Cujus pater Brand, cuius pater Bealdaes, cuius pater Woden, qui fuit Fredewald, qui fuit Freolof, qui fuit Fredewlf, qui fuit Fringoldwlf, qui fuit Geta, qui fuit Geatwa, qui fuit Eben, qui fuit Sceldwa, qui fuit Heremod, qui fuit Itermod, qui fuit Bathka, qui fuit Wala, qui fuit Beadwid, qui fuit Sem, eous pater Noe, qui fuit Lamech, qui fuit Mathusale, qui fuit Enoch, qui fuit Jareth, fuit qui Malaleel, qui fuit Cainan, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, filij Dei. vivi: sub Huberto de Burgo Comite Kanciæ Angliæ Justiciariorum, Thesaurario Scaccarij Waltero Kaerleon. Episcopo, Regis prædicti Cancellario Radulfo Cicestrensi Episcopo, Residens ego Alexander Archidiaconus Salopesbiria apud Westmonasterium in Regis Scaccatio, antiquorum Regum Angliae rotulos revolvens annales, ad hoc sollicitus animum direxi, ut per regna Angliae debita Regi servicia militaria quatenus potui plenissime percurrentarer. Cum neque Nigellus quondam Elyensis Episcopus Regis Henrici primi Thesaurarius vir quidem in scientia Scaecarij plenius instrutus, nec ejusdem successor officij Ricardus Londoniensis Episcopus licet in sui libelli tractatu superiorius multa de negotijs Scaccarij degereret, nec vir valde peritus in eisdem Willelmus Elyensis, sub cuius re-

gimine temporibus Regis J. multociens ibidem militavi, super hijs certum aliquid diffinirent. Illud commune verbum in ore singulorum tunc temporis divulgatum fatuum reputans & mirabile, Quod in regni conquistione Dux Normannorum Rex Willelmus servicia triginta duo mille milium infeodavit. Cum nec super hoc posteris suis Regibus Angloruin rotulos reliquerit, Nec annalia sua temporibus meis a quibusquam visa sint; Rotulo quidem Wintoniae sive Domusdey vel Libro Hidarum excepto; quo quidem Hidas tocius Angliae earundemque tenentes anno regni sui xxij<sup>o</sup> post. tocius regni Comitatus recensens satis compendiose conclusit. Ignorasse quidem hæc servitia militaria Regis ejusdem postmodum successores subsequentium argumento non iminero potuit dubitare. Quia cum Rex Henicus filius Imperatricis Ducii Saxonie filiam suam Matildem nuptiis traderet, a quilibet sui regni Milite marcam unam in subfidium ruptiarum exegit, puplico præcipiens edicto quod quilibet Praefatus & Baro quot Milites de eo tenerent in Capite pupplicis suis instrumentis significanter; quæ quidem instrumenta per singulos Comitatus distincta sub praesato Willelmo Elyensi in unum recollegi volumen. Nomiua quidem Cartas suas mittentium, numerum etiam feodorum, & pecuniam pretaxatam solutam reperties inferius, In Rotulo Regni Regis ejusdem xij, sub illo tytulo, De Auxilio ad maritandam Primo genitam filiam Regis. *Lib. Rub. fol. notato alvij a.*

(i) *Lib. Rub. fol. 186. a citat. in Hist. Scacc. Vol. 1. cap. 17. siet. 1.*

erat seculum eruditissimo. Si quis autem Dialogum diligenter perlegere velit, una mecum, confido, judicabit, tum quod nullis meis laudibus indiget, tum etiam quod pretio & dignitate longe superat quascunque attulero. Nec tamen meæ solius opinioni innitor. Ad alios provoco. Jampridem a literatis plerisque citari consuevit tanquam Tractatus magnæ famæ & fidei, etiam quantæ haud temere alius ejus generis. Evidem Vir Cl. Jacobus Tyrellus (qui in Historia Anglicana desudavit) in quadam sua Introductione (*k*), parum honorifice de eo loqui videtur. Dicit, “ multum dubitatum esse a quibusdam e nostris Antiquariis, utrum Tractatus iste a Gervasio Tilburienſi scriptus fuerit necne : Nam Equites Aurati Willelmus Dugdale & Simonds Dewes credebant ab eo non scriptum ; sicut liquebat a quibusdam Notis quæ in manuscriptis ipsorum hodie visuntur : Nesciebat sane quibusnam rationibus adducti in hanc opinionem ibant ; sed verisimile videbatur ipsos satis validis rationibus fuisse persuasos, Tractatum illum (sc. Dialogum) Spurium esse ; alioqui notas in eam sententiam post se non reliquissent.” In hunc modum Eruditus Tyrellus. Veruntamen, quum apud eum de hac re pridem differerem, is mihi ultro fassus est, quin & consensit ut hic publice protestarer suo nomine, Se per vocem, Spurium, hoc innuisse, nimirum quod Dialogus auctori non vero fuit vulgo adscriptus, sive quod Gervasius Tilburienſis non fuit, sua quidem opinione, illius auctor. Quod ad me attinet, dicam quemadmodum sentio. Stabilior sane ac confirmatior mihi videtur Dialogi existimatio ac fides, quam ut cuiusvis privati scriptoris judicio labefactari vel etiam infirmari queat.

Hanc igitur editionem in lucem emissurus id egi potissime, ut lectori prostituatur genuinus quoad fieri possit Dialogi textus. Eo fine, descripsi textum perpetuum prout in *Nigro Libro Scaccarij* se habet ; & lectiones quæ in *Rubro* Variantes reperiuntur, in margine cuiusvis paginæ reposui. Attamen necesse habui quandoque verba e *Rubre* sumpta in textum adscrire ; ut scilicet textum, ubi vitiosus erat aut mutilatus, utriusque codicis ope restituerim & integriorem ponerem. Annotationes etiam aliquot, quas quideam in præsenti licuit, sparsim adjeci ; plures fortasse additurus, nisi res meæ domesticæ & valetudo vetuissent. Nec tamen, ut spero, annotationes aut explicationes multum desiderabuntur : quum eas ex præcedenti historia diligens lector de facili utplurimum supplere poterit. De Dialogo plura hic dicere omitto. Vale Baro Illustrissime. Dabam e *Meio Templo Jurisconsultorum* quod *Londonie* est, A. D. 1708.

(*k*) *Tyr. Hist. Angliae*, Vol. 2. *Introd.* p. 47, 48. Ubi etiam sunt quædam alia de Gervasio, quæ vellere non dicta.



# DIALOGUS de SCACCARIO, &c.

## L I B E R P R I M U S.

**O**R DINATIS a Deo potestatibus in omni timore subici similiter (a) & obsequi necesse est. Omnis enim potestas a Domino Deo est. Non ergo videtur absurdum vel a viris Ecclesiasticis alienum, Regibus quasi praecellentibus & cæteris potestatibus serviendo, sua jura servare ; præfertim in hijs quæ veritati vel honestati non obviant. Oportet autem hijs (b) fervire, non in conservandis tantum dignitatibus, per quas gloria Regiae potestatis elucet, verum in mundanarum facultatum copijs, quæ eos sui status ratione contingunt : illa enim illustrant, hæc subveniunt. Porro nobilium copia vel defectus, Principum potestates humiliat vel exaltat. Quibus enim hæc defunt, hostibus præda erunt : quibus autem hæc suppetunt, hijs hostes in prædam cedunt (c). Sanc licet hæc Regibus

*Erudito Lectori placeat quæ sequuntur pau-  
cula notare in antecessum. Dialgi bujus tex-  
tus currens a Nigro Libro Scaccarij maxima  
ex parte defunctus est ; nisi siquando Liber  
Ruber habet textum plane integrionem ac  
emendationem ; & tunc verba Libri Rubri in  
textum affumitur, & verba Nigri in mar-  
gine ponuntur. Nonnunquam res arbitria  
mibi videbatur, quasdam voces ex Libro Ru-  
bro an ex Nigro depremere ; veluti his an  
hijs, indemnus an indemnis, & in simili-  
bus : & ibi unum vel alterum posui, eis  
magis quam censilio. Quoniam autem Capitum  
omnium Numeri & Lemmata in Nigro Libro  
defunt ; ea ex Rubro, in quo omnia de-  
scripta minio habentur, defumpta posui. Ac-*

*cedunt lectiones Libri Rubri a Nigri textu  
variantes, in quavis Dialgi impressi pagina in  
marginem trufæ. Miki autem non debet cœti-  
verti, quod nullis in Lxxis, textu e Lxx u  
MS8 initiat vel non satis integro, sensu Cl.  
auoris in suspeso est. Literæ L. R. Li-  
brum Rubrum denstant, L. N. Librum  
Nigrum.*

*Hæc Propositio incipiens Ordinatis 1. 1. 10  
in Libro Nigro, folio 18. a ; in Libro Rubro,  
folio 3. a. estenua 1.*

(a) L. R. simul &c.

(b) L. R. his.

(c) L. R. Quibus enim hæc triplex  
his hostes in prædiela cedunt.

plerumque

pleruinque jure non prorsus examinato, sed patrijs quandoq; legibus, quandoque cordium suorum consilijs occultis, vel solius interdum suæ voluntatis arbitrio provenire contingat, eorum tamen facta ab inferioribus discutienda vel condemnanda non sunt. Quorum eniū corda & motus cordium in manu Dei sunt, & quibus ab ipso Deo singulariter est credita cura subditorum eorum, causa divino tantum non humano judicio stat aut cadit. Nemo tamen quantumlibet dives, si fecus egerit, de impunitate sibi blandiatur, cum de hujusmodi scriptum sit, potentes potenter tormenta patientur. Igitur qualiscunq; sit vel videatur acquirendi (*d*) causa vel modus, ijs qui ad eorum custodiam ex officio deputantur, cura remissior esse non debet. Sed in eisdem congregandis, conservandis, vel distribuendis, solicitam decet esse diligentiam quasi rationem reddituris de Regni statu, qui per hos incolumis perseverat. Novimus quidem prudentia, fortitudine, temperantia, sive justitia, ceterisq; virtutibus principaliter regna regi (*e*); unde & hijs mundi rectoribus totis est viribus insistendum. Sed sit interdum ut quod fano consilio vel excellenti mente concipitur, per hanc quasi per quandam negotiorum methodum facilem consequatur (*f*) effectum. Non solum autem hostilitatis, sed & pacis tempore necessaria videtur : illo enim in municipijs firmandis, in stipendijs ministrandis (*g*), & in alijs plerisque locis pro qualitate personarum ad conservandum Regni statum effunditur : hoc vero licet arma quiescant, a devotis principibus construuntur basilicæ, Christus alitur & vestitur in paupere, & ceteris operibus misericordiae insistendo, in misericordia distribuitur : in utriusq; vero temporis strenuis astibus gloria (*h*) principum est ; sed excellit in hijs ubi pro temporalibus impensis felici mercimonio mansura succedunt. Ea propter, Rex illustris, mundanorum principum maxime, quia saepe te vidimus utroque tempore gloriosum, non parcentem quidem pecunia thesauris, sed pro loco, pro tempore, pro personis, legitimis sumptibus insistentem, modicum opus excellentiae tuæ devovimus, non de rebus quidem magnis vel luculento sermone compositum, sed agresti stylo de Scaccarij tui necessarijs observantijs. Porro super hijs te vidimus quandoque solicitorum (*i*), adeo ut missis (*k*) a latere tuo viris discretis, de eodem Dominum tunc Eliensem conveneris. Nec fuit absurdum tam excellentis ingenij virum, tam singularis potentiae principem inter cetera majora haec etiam curasse. Saue Scaccarium suis legibus non

(*d*) L. R. acquirenda.

(*b*) L. R. gratia prin.

(*e*) L. R. regna regi juraq; subsistere.

(*i*) L. R. solliciti.

(*f*) L. R. consequitur.

(*k*) L. R. defunt ut missis.

(*g*) L. R. defunt in stipendijs ministrandis.

.temere,

temere, sed Magnorum consideratione subsistit; cuius ratio si servetur in omnibus, poterunt singulis sua jura servari, & tibi provenient quæ fisco debentur; quæ poslit opportune nobilissimæ mentis tuæ Ministra manus effundere.

Incipiunt Capitula Libri primi.

- I. Quid sit Scaccarium, & quæ (l) ratio hujus nominis.
- II. Quod aliud est Inferius atq; aliud superius, una tamen origo utriusque..
- III. Quæ sit ratio, vel institutio Inferioris per singula officia.
- IV. Quæ sit auctoritas Superioris, & unde sumpsit originem.
- V. Quod sit Officium Præsidentis in illo & quæ sint singulorum sibi affidentium officia..
- VI. Quis fit tenor brevium Regis factorum ad Scaccarium, sive de exitu thesauri, sive de computandis, sive de perdonandis.
- VII. A quibus & ad quid instituta fuit argenti examinatio; sed hoc incidenter.
- VIII. Quæ sint jura & dignitates residentium ad Scaccarium vel ex officio, vel ex solo Regis mandato; & quedam incidencia necessaria.
- IX. Quid Scutagium, & quare sic dicatur.
- X. Quid Murdrum, & quare sic dictum.
- XI. Quid Danegildum, & quare sic nominatum vel institutum.
- XII. Quid foresta Regis, & quæ ratio appellationis.
- XIII. Quid Effartum, vel quid vastum, & quæ rationes horum nominum.
- XIV. Quod (m) Thesaurus dicitur interdum (n) locus in quo servatur interdum ipsa pecunia.
- XV. Qui sit usus Sigilli Regij, quod est in Thesauro.
- XVI. Quid Liber Indicarius, & ad quid compositus.
- XVII. Quid Hyda, quid Centuriata, quid Comitatus, secundum Vulgarem de his Opinionem.
- XVIII. Quid Rotulus Exactorius.

**A**NNO xxij Regni Regis Henrici Secundi, cum federem ad fenestrarum speculæ quæ est juxta fluvium Tamensem, factum est verbum hominis in impetu loquentis ad me, dicens, Magister, non legisti, quod in scientia vel thesauro abscondito nulla sit utilitas?

Hæc Capitula habentur in L. N., fol. 18. b. (m) L. R. Quid.  
sed sine Numeris: in L. R., fol. 31. a. col. 2. (n) L. R. interd. ipsa pecunia, interd. l.  
habentur prout hic. in quo serv.

(l) L. N. quid.

Cui cum respondissem, legi; statim intulit, Cur ergo Scientiam de Scaccario quæ penes te plurima esse dicitur alios non doces, & ne tibi commoriatur scripto commendas? Tum ego; Ecce, frater, ad Scaccarium jam per multa tempora resedisti, & nihil te latet (*a*), cum scrupulosus sis; sic & de cæteris qui assident probabile est. At ille, sicut qui in tenebris ambulant & manibus palpant, frequenter offendunt: Sic illic multi resident, qui videntes non vident, & audientes non intelligunt. Tum ego; irreverenter loqueris; nec enim scientia tanta est vel de tantis; sed forte sunt illis qui magna occupantur corda, ut pedes aquilæ, qui parva non retinent, & quos magna non effugiunt. Et ille, esto: Sed licet Aquilæ celsius (*b*) volant, tamen in humilibus quiescunt & reficiuntur; & ob hoc humilia vobis (*c*) exponi petimus ipsis Aquilis profutura. Tum ego; veritus sum de hijs rebus opus contexere, quia corporeis sensibus subiecta sunt, & cotidianis usibus vilescunt; nec est vel esse potest in eis subtilium rerum descriptio, vel jocunda novitatis inventio. Et ille; qui novitatibus gaudent, qui subtilium rerum fugam appetunt, habent Aristotelem & libros Platonicos, audiant illos. Tu scribe non subtilia, sed utilia. Tum ego; de hijs rebus quas petis impossibile est, nisi rusticano sermone & communibus loqui Verbis. At ille, velut succensus in iram, desideranti enim animo nihil satis festinatur, ait: Artium scriptores ne multa parum scisse viderentur, & ut ars difficilior cognita fieret, multa conquisierunt, & verbis incognitis palliarunt: Tu vero scribendam artem non suscipis, sed quædam consuetudines & jura Scaccarij; quæ quia Communia debent esse, communibus necessario utendum est verbis; ut sint cognati (*d*) sermones rebus de quibus loquimur. Præterea, quamvis plerunq; nova licet nomina singere, rogo tamen, si placet, ut usitatis rerum ipsarum vocabulis, quæ ad placitum sunt uti non pudeat, nec nova difficultas ex insolitis verbis oborta amplius perturbet. Tum ego; fensi te iratum; sed animo æquior esto; faciam quod hortaris. Surgens ergo sede ex adverso; & de hijs (*e*) quæ te offendunt interroga. Quod si quid inauditum proposueris, non erubesco dicere, nescio. Sed conveniamus ambo difcretiores. Et ille; ad vota respondes. Licet autem turpis & ridicula res sit elementarius senex, ab ipsis tamen elementis incipiam.

In Libro Rubio, *Dialogus* incipit fol. 31.  
b. col. 1.

(*a*) L. R. latet te.  
(*b*) L. R. celeius.

(*c*) L. R. nobis.  
(*d*) L. N. congrati.  
(*e*) L. R. his.

## I. Quid sit Scaccarium, &amp; quæ ratio hujus nominis.

*Discipulus.* Quid est Scaccarium?

*Magister.* Scaccarium tabula est quadrangula (*f*) quæ longitudinis quasi decem pedum, latitudinis quinque, ad modum mensæ circumfendentibus apposita undiq; habet limbum altitudinis quasi quatuor digitorum, ne quid appositum excidat. Superponitur autem Scaccario Superiori pannus in Termino Paschæ emptus, non quilibet, sed niger virgis distinctus, distantibus a se virgis vel pedis vel palmæ extentæ spacio. In spacijs autem Calculi sunt juxta ordines suos de quibus alias dicetur. Licet autem tabula talis Scaccarium dicatur, transmutatur tamen hoc nomen ut ipsa quoque Curia qua consedente Scaccario est Scaccarium dicatur; adeo ut si quandoq; (*g*) per Sententiam aliquid de communi consilio fuerit constitutum (*h*), dicatur factum ad Scaccarium illius vel illius anni. Quod autem hodie dicitur ad Scaccarium, olim dicebatur ad Taleas.

*D.* Quæ est ratio hujus nominis?

*M.* Nulla mihi verior ad presens occurrit, quam quod Scaccarij lusilis similem habet formam.

*D.* Nunquid antiquorum (*i*) prudentia pro sola forma sic nominavit, cum & simili ratione possit Tabularium appellari?

*M.* Merito te Scrupulosum dixi. Est & alia, sed occultior. Sicut enim in Scaccario lusili quidam ordines sunt pugnatorum, & certis legibus vel limitibus procedunt vel subsistunt, præsidentibus alijs & alijs præcedentibus (*k*): Sic in hoc quidem præsident, quidam assident ex officio; Et non est cuiquam (*l*) liberum leges constitutas excedere; quod erit ex consequentibus manifestum. Item sicut in lusili, pugna committitur inter Reges: Sic in hoc inter duos principaliter conflictus est & pugna committitur, Thesaurarium scilicet & Vicecomitem qui assidet (*m*) ad compotum; residentibus alijs tanquam Judicibus ut videant & judicent (*n*).

*D.* Nunquid a Thesaurario Compotus suscipitur, cum illic multi sunt qui ratione potestatis Majores videantur?

*M.* Quod Thesaurarius a Vicecomite compotum suscipiat, hinc manifestum est (*o*), quod idem ab eo cum Regi placuerit requiritur:

(*f*) L. R. tab. quad. est.

(*l*) L. N. cuique.

(*g*) L. N. si quis per sent.

(*m*) L. N. Vie. q. assident.

(*h*) L. N. institutum.

(*n*) L. R. desunt & judicent.

(*i*) L. N. antiquorum.

(*o*) L. N. est manif.

(*k*) L. R. præsidentibus alijs præced.

Nec enim (*p*) ab ipso requireretur quod non suscepisset. Sunt tamen qui dicunt Thesaurarium & Camerarios obnoxios tantum hijs quæ scribuntur in rotulis in Thesauro, ut de hijs (*q*) Compotus ab eis exigitur. Sed verius creditur ut de tota Scriptura rotuli respondeant; quod ex consequentibus constare poterit.

*II. Quod aliud est inferius, aliud superius; Una tamen origo utriusque.*

*D.* Nunquid solum illud (*r*) Seccarium est in quo est talis conflitus (*s*)?

*M.* Non. Est enim inferius Seccarium, quod & Recepta dicitur, ubi pecunia numeranda traditur, & scriptis & tallijs committitur, ut de eisdem (*t*) postmodum in superiori compotus reddatur (*u*); una tamen est utriusq; origo (*w*); quia quicquid solvendum esse in majori deprehenditur, hic solvit; & quod hic solutum fuerit, ibi computatur.

*III. Quæ sit ratio vel institutio inferioris per singula officia.*

*D.* Quæ est ratio vel institutio inferioris Seccarij?

*M.* Ut video nullius horum ignorantiam sustines. Noveris autem quod inferius illud Seccarium suas habet personas, ratione quidem officiorum a se distinctas, sed in regis utilitatem, salva tamen æquitate, pari intentione devotas; omnes quidem dominorum suorum nominibus non proprijs militantes exceptis duobus militibus duntaxat (*x*) qui præsunt (*y*) examinibus, & fusore. Horum officia de Regis nostri pendent arbitrio; unde magis ad superius quam ad inferius pertinere videntur, sicut infra dicetur. Illic est Clericus Thesaurarij (*z*) cum sigillo ejus. Sunt & duo milites Camerariorum. Est & Miles quidam (*a*) qui Argentarius dici potest; quia ex officio argento examinando præst. Est & Fusor qui argentum examinat. Sunt & quatuor Computatores ad numerandam pecuniam. Est & Hostiarius Thesauri, & vigil. Horum autem hæc sunt officia. Clericus Thesaurarij, cum fuerit numerata pecunia, & in forulos missa.

(*p*) L. R. deest enim.

(*q*) L. R. his.

(*r*) L. N. deest illud.

(*s*) L. R. conflitus est.

(*t*) L. R. ijsdem.

(*u*) L. R. compotus fiat.

(*w*) L. R. origo est.

(*x*) L. R. deest duntaxat.

(*y*) L. R. felicet qui præst.

(*z*) L. R. Thesauri.

(*a*) L. R. deest quidam.

per

per Centenas libras, apponit sigillum, & deputat scripto, quantum, vel a quo, vel ob quam Causam recepit; Taleas quoque de eadem Recepta a Camerarijs factas in brevia; non solum autem pecuniæ faccis sed & archis & singulis forulis in quibus Rotuli vel Talliæ collocantur si libet apponit sigillum (*b*) ; & ad omnia subjecta officia diligenter prospicit, & nihil eum latet. Militum, qui & Camerarij dicuntur quod pro Camerarijs ministrant, hoc est officium: Hi claves archarum bajulant; archae enim cuilibet duæ seræ sunt diversi generis, hoc est cuius neutri clavis alterius possit aptari; & hi claves earum deferunt; circumcinctus autem quælibet arca corrigia quadam immobili, in qua defuper firmatis seris Thesaurarij sigillum apponitur; ut nulli eorum nisi de communi assensu accessus pateat. Item officium horum est, numeratam pecuniam & in vasis ligneis per centenos solidos compositam ponderare ne sit error in numero, tunc deum in forulos mittere per Centenas ut dictum est libras. Quod si vas aliquod inventum est minus habens, non quidem per estimationem quod deesse putatur, apponitur, sed statim de quo dubitatur in acervum numerandorum prohibetur. Et nota quosdam Comitatus a tempore Regis Henrici primi & in tempore regis Henrici secundi licite potuisse cujuscunq; monetæ denarios solutioni offerre, duuminodo argentei essent & ponderi legitimo non obstante. Quia scilicet monetarios (*c*) ex antiqua initiatione non habentes, undecunq; sibi denarios perquirebant; quales sunt Norhumberland & Cumberland; sic autem suscepiti denarij licet de firma essent seorsum tamen ab alijs cum quibundam signis appositis mittebant (*d*). Reliqui vero Comitatus, folios usuales & instantis monetæ legitimos denarios tam de firmis quam de placitis afferrebant. At postquam Rex illustris, cuius laus est in rebus magnis excellentior, sub Monarchia sua per universum regnum unum pondus & unam monetam instituit, omnis Comitatus una legis necessitate teneri & generalis Commercij (*e*) solutione cœpit obligari. Omnes itaq; idem monetæ genus quomodo cunq; teneant (*f*) solvunt. Sed tamen examinationis (*g*) quæ de combustione provenit jaeturam omnes non sustineant. Iten hi tales faciunt de receptis, & commune est eis cum Clerico Thesaurarij, ut per brevia Regis vel præcepto Baronum, Thesaurum suscepimus expendant; non tamen inconsultis Dominis suis. Hi tres simul omnes

(*b*) L. R. sigillum si libet.

(*c*) L. N. Quod fol. monetarios.

(*d*) L. R. pro mittebant[ur] habet va-  
cuos spatium.

(*e*) L. R. pro commercij habet allum spa-  
tium.

(*f*) L. R. teneantur.

(*g*) L. N. examinationis.

vel vicissim cum thesauro mittuntur cum oportuerit. His (*b*) tribus præcipua cura est in omnibus his quæ in inferiori Scaccario sunt (*i*).

*D.* Ergo, ut video licet his per breve Regis, vel præcepto eorum qui præsident thefaurum suscepsum consultis tamen Dominis suis expendere.

*M.* Licet, inquam, hoc modo de Liberationibus servientum inferioris Scaccarij, & de minutis necessarijs Scaccarij emendis, qualia sunt vasa illa lignea, & alia, de quibus infra dicetur, eorum fidei committitur ; alias autem non. Qui vero breve regis vel cartam detulerit pro pecunia, præcipientibus Dominis suis, hac ei lege solvatur id quod expresse nominatur (*k*) in brevi, ut antequam exeat, suscepsum pecuniam numeret ; quod si quid defuerit, redeat ad Scaccarium is qui suscepit et fidei religionem præstet sub hac forma : quod quantum suscepit reportavit, non apposito, secundum conscientiam suam, ut sit in alijs ; & hoc facto, solvatur ei quod restat ; numerata prius eadem coram omnibus ab constitutis Computatoribus. Si vero lege sibi proposita ostium Thesauri egressus fuerit ; quæcunque fuerit persona, vel quantacunq; jaætura, non ei respondeatur. Militis argenterij & Fuloris officia sibi videntur annexa, & ad Superius Scaccarium magis pertinentia ; & ob hoc ibidem cum cæteris officijs explananda. Quatuor (*l*) Computatorum officium hoc (*m*) est. Cum in Scaccarium numeranda pecunia mittitur, unus eorum diligenter totani commiscet, ut non seorsum meliores & seorsum deteriores sint, sed mixti, ut ponderi respondeant ; quo facto, Camerarius ad libram Scaccarij ponderat quantum oportet in trutina. Quod si numerus xx Sol. plus quam vj nummis excreverit respectu libræ, integra (*n*) recipi dicitur : Si vero vel ad vj vel infra se cohabet, Suscipitur ; & a computatoribus diligenter per centenos solidos, ut prædictum est, numeratur. Si vero de firma sunt denarij & sint examinandi, facta commixtione XLiiij solidorum de acervo in loculum seorsum mittuntur, & huic Vicecomes signum apponit ; ut ex hijs postmodum Examen, quod vulgo Essayum dicitur, fiat, sicut ex consequentibus (*o*) liquebit. Erit autem curæ eorum qui præsunt receptæ gratia dominorum suorum, hoc est, Clerici Thesaurarij & Camerariorum, ut recepta pecunia seorsum mittant examinati argenti pondera & Denarios de firma, appositis quibusdam signis saccis eorum, ut si Rex vasa ar-

(*b*) L. N. hijs.

(*i*) L. R. fuerit.

(*k*) L. R. defint id quod expresse nominatur,

(*l*) L. N. deest Quatuor.

(*m*) L. N. deest hoc.

(*n*) L. R. indigna recipi.

(*o*) L. N. ex conseq. sicut liquebit.

gentea ad cultum domus Dei, vel ad Domus propriæ obsequium, vel forte monetas transmarinas fieri voluerit ex hijs fiant.

*D.* Est aliquid in prædictis quod me pulsat.

*M.* Dic ergo.

*D.* Dixisti, si bene memini quod ad Scaccarium quandoq; differtur (*p*) solvenda pecunia, quæ judicatur indigna recipi si scilicet pensata cum libra ponderis de Scaccario, inventa est minus habens ultra vj. Cum ergo quælibet Moneta regni hujus impressam habere debeat Regis imaginem, & ad idem pondus omnes monetarij teneantur operari, qualiter fieri poterit (*q*) ut non omne eorum opus ejusdem ponderis sit?

*M.* Magnum est quod quæris, & alterius egens inquisitionis, at-tamen fieri potest per falsarios & nummorum decuratores vel deton-fores. Noveris autem monetam Angliæ in tribus falsam deprehendi, in falso scilicet pondere, in falsa lege, in falsa imagine (*r*). His (*s*) tamen falsitatibus par pœna non debetur. Sed de hijs alias.

*D.* Si placet, prosequere de officijs, ut cœpisti.

*M.* Ad Hostiarij curam spectat, ut excludat vel admittat quod oportet, & diligens sit in custodia omnium quæ ostio concluduntur ; unde & ratione ostij de singulis brevibus exitus duos habet denarios. Hic ministrat forulos ad pecuniam reponendam & rotulos, & taleas, & cætera necessaria per annum, & pro singulis forulis (*t*) duos habet de-narios. Hic in omnem Receptam ligna opportuna ministrat ad taleas Receptæ, & compotorum, & semel hoc est, in termino Sancti Michaelis v Solidos pro lignis talearum percipit. Hic vascula lignea, Cnipulos, loculos, & corrigias, & cætera minuta necessaria de fisco invenit. In termino eodem pro incausto totius anni ad utrumq; Scac-carium ij solidi debentur, quos sibi de antiquo jure vendicat sacrista majoris Ecclesiæ Westmonasterij (*u*). Vigilis officium idem est ibi quod alibi ; diligentissima scilicet de nocte custodia, thesauri princi-paliter, & omnium eorum quæ in domo thesauri reponuntur. Sic habes omnium officia distincta, qui inferius ministrant. Sunt & hijs liberationes constitutæ dum Scaccarium est, hoc (*w*) est a die qua convocantur, usq; ad diem qua generalis est secessio. Clericus The-saurarij qui infra est, quinque denarios habet in die. Scriptor ejusdem Thesaurarij in superiori Scaccario similiter v. Scriptor Cancellarij v. Duo milites bajuli clavum, quisque in die viij, ratione militiæ.

(*p*) L. N. solv. differtur.

(*s*) L. R. Hijs.

(*q*) L. R. potest.

(*t*) L. R. per singulos forulos.

(*r*) L. N. habet clausulam incipientem An-glie & desinentem imagine, quindecim vesculis conflatam, charactere moderniori jeriftam,

(*u*) L. N. Westmonasterium.

(*w*) L. N. hic.

Afferunt enim, quod equis necessarijs & armis instruēti fore teneantur, ut cum thesauro missi, quod sui officij fuerit aportunius (x) sic exequantur. Miles argentarius xij denarios (y) in die. Fusor v. Hostiarius majoris Seaccarij v. Quatuor Computatores, quisq; iij den. (z) si Londoniæ fuerint (a) si Wintoniæ, quia inde (aa) solent assumi, duos quisq; habet. Vigil unum denarium. Ad Lumen cuiusq; noctis circa Thesaurum ob.

## D. Hostiarius

(x) L. R. deest aportunius.

(y) L. R. deest denarios.

(z) L. R. deest den.

(a) L. R. sunt.

(aa) *Memoriae prolixum est, Regis Thesaurarum primævis seculis fuisse Wintoniæ perinde ac Westmonasterij. Se eorum tempore Winceastriæ &c. Rex [Willelmus II.] proficiebatur Wintoniam, & aperuit illud æraium, ac thesauros quos pater collegerat auri & argenti &c; referente Chronico Sax. p. 192. n. 20. Ob hanc forte causam, Liber Domesday qui (telle Cl. auctore hujus Dialogi) in Thesauraria Regis continuo affervari solebat, Liber Wintoniæ vocatus est. Ita vocatum reperimus in supervisu Feudi Roberti de Brus, adjecto ad calcem dicti Libri, scriptura eti non eadem tam non longe diversa: Hic est feudum Rotberti de Brus, quod fuit datum postquam liber de Wintonia scriptus fuit. videlicet, In Oustredinc. In Bortona & in foca ejus tenet hic Rothertus xliij carrucatas teria —. Lib. Domesd. fol. 333. b. col. 1. p. 27 Euricis sive. Hinc etiam frequens mentio Thesauri Regij Wintoniam perduci, illuc reposti, & inde abduci. Temporibus R. Henrici II. ac postea, computabantur Vicecomitibus Hantesciræ, Firmariis Civitatis Wintoniæ, alijsq; complures summae ab ipsis erogatae in reficienda domo Thesauraria Wintoniæ, in forulis, & alijs necessarijs, in pecunijs ibidem numerandis, ac adducendis & abducendis, & in similibus. Perit gratia. Anno 18° R. Henrici II, huiusmodi expensæ computabantur Hugoni de Gundevill Vicecomiti Hantesciræ & firmario Civitatis Wintoniæ: Idem Vicecomes [Hugo de Gundevil!] recte de firma Civitatis Wintoniæ; In thesauro nichil; Et in elemosina constituta Militibus de Templo j marca; Et in Conductu thesauro per totum annum, & pro thesauro onerando & exonerando, & in alijs minutis negotijs thesauri per Odonem*

de Falesia & Walerannum da Crickelada & alios servientes Thesauri, xlviij s & vjd; Et Servientibus Williæ de Lanvalei xxx l, ad operiendam domum Thesauri, & ad Gaiolam faciendam, per breve Regis. Mag. Rot. 18. H. 2. Rot. 6. b. Hantesc. Anno 20° H. II, Vicecomitibus Londoniæ: Et pro ducendo Thesauro tribus vicibus, semel ad Windesfore, bis ad Wintoniam, xvjs & vjd; Mag. Rot. 20. H. 2. Rot. 2. a. Londonia & Middlesex: Anno 21° & 24. H. II, Vicecomitibus Londoniæ qui tunc erant: Et pro locandis carretis ad portandum thesaurum de Termino S. Michaelis ad Wintoniam, xjs; Mag. Rot. 21. H. 2. Rot. 3. a. Lond. & Midd.: Et pro ducendo Thesauro tribus vicibus a Londonia ad Wintoniam, Lxxvij s & vjd, per Odonem de Falesia, & Ricardum de Windesfore, & Andream Clericum; Mag. Rot. 24. H. 2. Rot. 9. b. Lond. & Midd.: Eodem anno 24°, Hugoni de Gundevill firmario Wintoniæ: Et pro ij Magnis Hugis, & Ostio Thesauri Wintoniæ reficiendo, & pro ducendo thesauro pluribus vicibus, per Andream & Ricardum Clericos & alios servientes Thesauri, xxv s & ijd; Mag. Rot. 24. H. 2. Rot. 8. a. Civitas Wintoniæ: Anno 33° H. II, Galfrido filio Azonis Vicecomiti Hantesciræ: Et in custamento numerandi & ponderandi thesaurum apud Wintoniam post Natale, & pro Fortulis novis ad reponendum cundum thesaurum, & pro alijs minutis negotijs ad prædictum opus, per Archidiaconum Cantuarie, & Hugonem Bardulf, & Radulfum filium Stephani, vj l & xix s & viij d; Et pro carriando thesauro a Wintonia ad Sarresberiam, & ad Oxinefordiam, & ad Gledesford, & ad plura loca per Angliam, iijl & viij s & iijd; Mag. Rot. 33. H. 2. Rot. 14. a. Sudbantesc. Galfridus filius Azonis Vicecomes: Anno decim R. Johannis, firmario Civitatis Wintoniæ: Et in Liberationibus

D. Hostiarius Thesauri, qua ratione liberationem solus non percipit?

M. Non satis novi. Sed tamen quia videtur aliquid percipere ratione Ostij, & pro fororum & talearum ministerio, liberationem forte non recepit; vel forte quia non Regi, sed magis Thesaurario & Camerarijs servire videtur in custodia Ostij Domus eorum. Hac lege minoris Scaccarij vel Receptæ ratio subsistit.

D. Sic mihi satisfactum est in hac parte ut nihil deesse videatur. Nunc ergo, si placet, prosequere de majore.

#### IV. Quæ sit autoritas Superioris, & unde sumpsit originem?

M. Licet eorum qui ad Scaccarium majus resident, officia quibusdam videantur proprietatibus esse distincta: Unum tamen omnium (*b*) officium est & intentio; ut Regis utilitati prospiciant; salva tamen aequitate secundum constitutas leges Scaccarij. Ejus autem ratio vel institutio cum ipsa temporis antiquitate, cum Magnorum qui assident auctoritate roborata subsistit. Ab ipsa namque regni Conquisitione per Regem Willelmum facta cœpisse dicitur, sumpta tamen ipsius ratione a Scaccario transmarino: Verum in plurimis & pene majoribus dissident. Sunt etiam (*c*) qui credunt usum ejus sub regibus Anglicis extitisse; hinc sumentes rei hujus argumentum, quod coloni & jam decrepiti senes fundorum illorum qui coronæ annominantur, quorum in hijs cana (*d*) memoria est, optime noverint a patribus suis edocti, quantum de Albo firmæ pro singulis libris solvere teneantur. Sed hæc ratio cognitionis est de firmæ solutione, non de Scaccarij sessione. Videtur autem eis obviare, qui dicunt Album firmæ a temporibus Anglicorum cœpisse, quod in Libro Judiciario in quo totius regni descriptio diligens continetur, & tam de tempore Regis Edwardi, quam de tempore (*e*) Regis Willelmi sub quo factus est, singulorum fundorum valentia exprimitur, nulla prorsus de Albo firmæ sit mentio: unde probabile videtur, quod facta illa descriptione tempore iudicij Regis de Albo firmarum fuerit a studiosis ejus constitutum propter cautias,

tionibus Thesaurariorum & Camerariorum, qui moram fecerunt apud Wintoniam, ad numeranda xl Millia marcarum ibidem; & pro faccis emptis, & plumbis, astribus furfatis & seris & cordis emptis, & alijs necessarijs, ix l & j marca, per breve Regis; Et pro uno Scuto & una Targia ad opus Regis xxx s, per breve ejusdem: Et item Servientibus Thesaurariorum & Camerariorum ad ex-

pensas factas apud Wintoniam, xx s, per breve ejusdem. *Mag. Rot. 10. Tab. R. 6. b. tit.* Civitas Wintonia: *alij; simil modo.*

(*b*) L. N. deest omnium.

(*c*) L. R. & qui.

(*d*) L. R. sana.

(*e*) L. N. defunct hic de tempore.

quæ inferius annotantur. Quocunq; vero tempore cœperit usus ejus, certum est quod Magnorum auctoritate robatur; adeo ut nulli liceat statuta Scaccarij infringere, vel eis quavis temeritate resistere. Habet enim hoc commune cum ipsa Domini Regis Curia, in qua ipse in propria persona jura decernit (*f*), quod nec recordationi, nec sententia in eo (*g*) latæ licet alicui contradicere. Huic autem Curiæ tam insignis auctoritas est, tum propter Regiæ imaginis excellentiam quæ in sigillo ejus de thesauro individua lege servatur; tum propter eos qui assident, ut dictum est, quorum solertia totius regni status indemnus (*h*) servatur. Illic enim residet Capitalis Domini Regis Justicia, primus post Regem in Regno ratione fori, & Majores quiq; de regno, qui familiarius Regijs secretis assistunt; ut quod fuerit sub tantorum præsentia constitutum vel terminatum, inviolabili jure subsistat. Verum quidam ex officio, quidam (*i*) ex sola iussione principis resident. Ex officio principaliter residet imo & præsidet primus in regno, Capitalis scilicet Justicia. Huic autem assident (*k*) ex sola iussione Principis, momentanea scilicet & mobili auctoritate quidam, qui majores & discretiores videntur in regno, sive de Clero sive de Curia. Assident inquam ad discernenda jura & dubia determinanda quæ frequenter ex incidentibus quæstionibus oriuntur. Non enim in ratiocinijs sed in multiplicibus judicijs excellens Scaccarij scientia consistit (*l*). Facile enim est proposita summa quæ exigitur, & suppositis ad collationem ejus hijs quæ soluta (*m*) sunt per subtractionem discernere, si satisfactum est, vel si quid restat. At cum cœperit multiplex inquisitio fieri de hijs rebus, quæ variæ fisco proveniunt & diversis modis requiruntur, & a Vicecomitibus non eodem modo perquiruntur, discernere si secus egerint, quibusdam grave est, & ob hoc circa hæc scientia Scaccarij major esse dicitur. Dubiorum vero vel dubitalium judicia, quæ frequenter emergunt sub una tractatus serie comprehendi non valent; quia neandum omnia (*n*) dubiorum genera in lucem prodierunt. Quædam tamen ex hijs (*o*) quæ proposita vel determinata cognovimus, suis locis inferius annotabimus.

(*f*) Vid. ante in *Histor. Scacc.* Vol. I.  
Cap. 3. Sect. 5 & 6.

(*g*) L. R. pro in eo habet ejus.

(*h*) L. N. indemnus status.

(*i*) L. R. defunct ex officio, quidam.

(*k*) L. R. assident autem.

(*l*) L. R. consulit.

(*m*) L. R. qui soluti.

(*n*) L. N. omnium.

(*o*) L. R. his.

V. Quid sit officium Præsidentis, & omnium illic ex officio residentium;  
& quæ dispositio sedium.

D. Quid est hujus tam excellentis Sessoris officium?

M. Aliud verius attribui sibi non valet, nisi quod omnibus quæ inferiore vel superiore Scaccario fuerint (*p*), hic prospicit & ad nutum ipsius quælibet officia subiecta disponuntur. Sic tamen ut ad Domini Regis utilitatem juste proveniant. Hoc tamen inter cætera videtur excellens, quod potest hic sub testimonio suo breve Domini Regis facere fieri, ut de Thesauro quælibet summa liberetur, vel ut computetur alicui quod sibi ex Domini Regis mandato prænoverit computandum; vel si maluerit, breve suum faciet sub aliorum testimonio de his (*q*) rebus.

D. Magnus est hic, cuius sidei totius regni cura, immo & cor Regis committitur. Scriptum quippe est; ubi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Sed jam si placet proseguere de cæteris.

M. Vis prosequar de ipsis secundum gradus dignitatum an secundum dispositionem Sedium?

D. Secundum quod quisq; ratione officij sui sedem adeptus est. Facile enim erit ut credo ex officijs perpendere dignitates.

M. Ut noveris quo ordine disponantur, scias ad quatuor Scaccarij latera quatuor poni sedilia vel Scanna. Ad caput vero Scaccarij, hoc est unde latitudo discernitur, in medio non sedilis sed Scaccarij, locus est illius Principalis de quo supra diximus. In laeva ejus primo loco residet Cancellarius ratione officij, si adesse cum contingat: post hunc miles gregarius quem Constabularium dicimus: post hunc duo Camerarij, prior autem, qui intuitu provectionis etatis venerabilior esse videbitur: post hos miles qui vulgo dicitur Marescallus: inferuntur tamen quandoq; alij his absentibus, vel forte eis præsentibus, si tanta scilicet fuerit auctoritas eorum qui a Rege destinantur, ut eis cedere debeant. Et haec est dispositio primi sedilis. In secundo vero quod est ad latus longitudinis Scaccarij, in primo capite residet Clericus vel alias serviens Camerariorum cum recautis, hoc est, cum contrataleis de Recepta. Post hunc interpositis quibusdam (*r*) qui non ex officio resident sed sunt a Rege missi locus est quasi in medio lateris Scaccarij illi qui compertos (*s*) positione ponit calcelorum. Post hunc aliqui non ex officio,

(*p*) L. N. fuerit.  
(*q*) L. N. hij.

(*r*) L. N. quibus qui.  
(*s*) L. R. compoto.

necessarij tamen. In fine sedilis illius residet Clericus qui Scriptorio praest; & hic ex officio. Sic habes secundi Scanni dispositionem. Verum ad Dextram praesidentis Justiciarij residet primo loco nunc Wintoniensis Episcopus quondam Pietaviæ Archidiaconus, non ex officio quidem sed ex novella constitutione; ut scil. proximus sit Thesaurarie, & scriptaræ Rotuli diligenter intendat. Post hunc residet Thesaurarius in Capite Secundæ sedis in dextra, cui diligentissima cura est per singula quæ illie geruntur, quasi rationem de hijs omnibus si oportuerit reddituro. Post hunc residet Clericus ejus Scriptor Rotuli de Thesauro: post hunc alius Scriptor Rotuli de Cancellaria: post hunc Clericus Cancellarij, qui occulta fide semper prospicit, ut Rotulus suus alij per singula respondeat, ut nec lota unum desit, nec alius sit ordo scribendi: post hunc quasi in fine sedilis illius residet Clericus Constabularij, magnus quidem & officiosus in Domini Regis Curia, & hic quidem habens officium quod per seipsum vel per Clericum discretum, si Regi viuis fuerit alias magis necessarius, administrat. Et haec est descriptio tertiae sedis. In quarto scanno, quo d est oppositum Justiciario (*t*) in Capite residet Magister Thomas cognomine (*u*) Brunus, cum Rotulo tertio qui ex novella constitutione, hoc est a Domino Rege nostro additus est; Quia scriptum est, funiculus triplex difficile solvitur. Post hunc Vicecomites & clerici sui, qui assident ad compotum cum taleis & alijs necessarijs. Et haec est dispositio quartæ sedis.

*D.* Scriptor Magistri Thomæ nunquid sedem habet cum alijs scriptoribus sed super alios (*w*)?

*M.* Sedem quidem habet non cum alijs sed super alios (*x*).

*D.* Quare sic?

*M.* Cum enim sic dispositæ essent sedes ab initio, ut scriptor Thesaurarij ad latus suum resideret, ne quid scriberetur, quod oculum ejus effugeret; & item scriptor Cancellarij ad latus scriptoris Thesaurarij, ut fideliter exciperet quod ille præscribebat; & item Clericus Cancellarij necessario proximus esset illi scriptori, ne posset errare; non superfuit locus in quo scriptor ille resideret in serie scanni, sed datus est ei locus in eminenti, ut prospiciat & immineat scriptori Thesaurarij qui primus scribit, & ab ipso quod oportet excipiat.

*D.* Huic oculi Lyncei necessarij essent, ne erraret; periculosis enim in hijs error dicitur.

(*t*) L. R. Justiciarijs.

(*u*) L. R. cognomento.

(*w*) L. R. absunt scriptoribus sed superalios.

(*x*) L. R. defunt M. sedem quidem h. n.  
c. a. f. s. allies.

*M.* Licet erret interdum in excipiendo, quia remottis est; tamen dum Rotuli corriguntur (*y*) facta omnium trium collatione, facile erit errata corrigerem.

*D.* Satis haec tenus dictum est de ordine sedentium. Nunc de eorum officijs si placet exequere, incipiens a lava Presidentis.

*Quid ad Cancellarium.*

*M.* Cancellarius in ordine illo primus est; & sicut in Curia sic ad Seaccarium magnus est: adeo ut sine ipsius consensu vel consilio nisi magnum fiat, vel fieri debeat. Verum hoc habet officium dum residet ad Seaccarium, ad ipsum pertinet custodia Sigilli Regij, quod est in Thesauro, sed inde non recedit nisi cum pracepto Justitiæ ab inferiore ad superius Seaccarium a Thesaurario vel Camerario defertur, ad exemplanda solum negotia Seaccarij. Quibus (*x*) peractis in Loculum mittitur, & Loculus a Cancellario confignatur, & sic Thesaurario traditur custodiendus. Item, cum necesse fuerit, signatus sub omnium oculis Cancellario offertur; nunquam ab ipso, vel ab alio alias offerendus. Iten ad ipsum pertinet Rotuli qui est de Cancellaria, custodia per suppositam personam; & sicut viris magnis visum est de omni scriptura Rotuli Cancellarius æque tenetur ut Thesaurarius, excepto duntaxat de hoc, quod scribitur in thesauro receptum: licet enim non prescribat ut Thesaurarius conscribit (*a*) tamen eti illè erraverit, licet ipsi (*b*) vel Clerico ejus Thesaurarium cum modestia corripere, & quid debeat iuggerere. Quod si Thesaurarius perseveraverit, & mutare noluerit, poterit eum si de parte sua confidit tantum coram Baronibus arguere, ut ab eis quid fieri debeat judicetur.

*D.* Verisimile etiam videtur custodem tertij Rotuli eadem scripturæ lege constringi.

*M.* Non est verisimile tantum sed verum: præ enim est auctoritas illis (*c*) duobus Rotulis ratione scripturæ; quia sic placuit ejus auctori.

*Quid ad Constabularium.*

Constabularij officium est ad Seaccarium, ut in brevibus Regis de exitu thesauri, vel de aliquibus computandis his (*d*) qui compotum faciunt, simul cum Praesidente testis existat. In omnibus enim hujus-

(*v*) L. R. corriguntur Rotuli.

(*x*) L. N. Quilibet peractis.

(*w*) L. R. scribit.

(*b*) L. R. illi.

(*c*) L. N. illius.

(*d*) L. R. hijs.

modi brevibus ex antiqua institutione duos oportet conscribi testes. Item ejus officium est cum ad Seaccarium stipendiarij Regis venerint pro stipendijs suis, sive sint residentes in castris Regis sive non, aſſumpto (*e*) ſecum Clerico Conſtabulariæ, cuius eſt terminos corum noſſe, & Mareſcallo Scaccarij, computet eorum liberationes, & de retractis fidem fuſcipiat, & residuum ſolvi faciat. Omnis enim libe-rationio quorumcunq;, ſive Accipitrariorum ſive Falconariorum, ſive Ber-nariorum ad officium ejus (*f*) ſpectat, ſi præſens fuerit; niſi forte Dominus Rex ad idem aliquem prius aſſignaverit: quia Conſtabularius a Rege non facile potest avelli, propter majora & magis urgentia. Notandum vero quod Mareſcallus Scaccarij de liberationibus residen-tium militum percipit, quod ad eum pertinet ratione officij ſui; de commeantibus autem non. Item huic cum alijs magnis commune eſt, ut nihil magnum eo inconsuſto fieri debeat.

*Quid ad Camerarios.*

Camerariorum officium annexum eſt officio Thesaurarij, quia uno & eodem prætextu honoris vel diſpendij militare noſcuntur; & eit eis idem velle ad honorem Regis, adeo ut quod ab uno factum fuerit, a nullo eorum dicatur infectum. Thesaurarius enim pro ſe & pro eis fuſcipit compotos, & ſecundum qualitates exactorum verba minifrat in Scripturam Rotuli, in quibus omnibus pari jure Societatis obli-gantur, & ſic de alijs quæ vel ab hoc, vel ab hijs, ſalva fide Domini Re-gis, fiunt, ſive in scriptis, ſive in receptis, ſive in taleſis, ſive in ex-penſis.

*Quid ad Mareſcallum.*

Mareſcalli cura eſt taleas debitorum quas (*g*) Vicecomes reddiderit, quæ tamen (*h*) annotantur in Rotulo, mittere feorſum in forulo ſuo: Brevia quoq; regia de computandis, vel perdonandis, vel dandis, his (*i*) quæ exiguntur a Vicecomite per ſummonitionem. Illi vero forulo superscriptio Comitatus, cuius hæc ſunt apponitur, & ſingulis Comi-tatibus ſingulos oportet forulos, a Vicecomite qui computat, Mayef-callo miniftrari.

*D.* Eſt hic aliiquid quod me movet.

*M.* Satis præſensi. Sustine tamen modicum. Plana enim erunt

(*e*) L. N. aſcito ſecum.

(*f*) L. R. ejus officium.

(*g*) L. R. quos.

(*h*) L. R. defunt quæ tamen.

(*i*) L. R. hijs.

omnia ex consequentibus. Item si quis debitor non satisfaciens de summonitione meruerit comprehendendi, huic traditur servandus, &c (k) soluto Scaccario illius diei, si voluerit, mittet <sup>l)</sup> eum in carcерem custodиe publicae, non tamen vinculabitur, vel in ima <sup>(m)</sup> trudetur, sed seorsum vel supra carcерem, licet enim solvendo non sit, tamen ob hoc non meruit sceleratis <sup>(n)</sup> deputari; ita tamen si miles non fuerit; de militibus namq; pro pecunia retentis, illustris Regis constitutio est, quae infra annotabitur in agendis Vicecomitis. Item ad hunc spectat, ut peracto compoto Vicecomitis, vel custodis, vel cuiuscunq; personae qui ad compotum residet, fidem ab ipso suscipiat, in publico, quod legitimum compotum secundum conscientiam suam fecerit. Si vero Vicecomes, vel qui computavit, aliquo debito tenetur, addet quod a Scaccario, hoc est, a leugata Villae, in qua est, non discedet, nisi ipsa die redditurus, sine licentia Baronum. Item hic factas Summonitiones contra terminum alterius Scaccarij a latere sigilli Regij signatas sub numero suscipiet, & Ostiario superioris Scaccarij per manum suam distribuet, per Angliam deferendas. Sic habes eorum, qui in primo Scanno resident, officia distincta.

*Quid ad Factorem Talearum.*

In capite vero secundae sedis primus est serviens Camerariorum, Clericus seu Laicus, cuius officium paucis expediri potest, verbo tamen non opere. Hic taleas de thesauro contra Vicecomitem, vel eum qui computat, ministrat, & cum oportuerit secundum quod ratio computationis exegerit, mutat, vel minuit, vel addit in talea, appofita eidem contratalea <sup>(o)</sup> Vicecomitis. Quo facto in termino Paschae longiorem Vicecomiti reddit iterum in termino Sancti Michaelis afferendam. In termino vero Sancti Michaelis, cum in Rotulo summa ejus scripto fuerit deputata, tradit eandem longiorem Marescallo, in forulo suo reponendam.

*D.* Miror, quod dixisti taleam semel compoto ablatam <sup>(p)</sup> iterum <sup>(q)</sup> alij compoto offerendam.

*M.* Noli mirari; quoniam quicunq; <sup>(r)</sup> exacta, vel soluta fuerint <sup>(s)</sup> a Vicecomite in termino Paschae, necesse est iterato summoneri;

(k) L. N. & etiam.

(o) L. R. contratalea.

(l) L. N. mittetur.

(p) L. N. ablatam receptae.

(m) L. N. in arma trudetur. Corrigitur autem textus manu recentiori; & pro alma fuit imma.

(q) L. N. dicit iterum.  
(r) L. N. pro quoniam quicunq; tales.  
vacuum spatium.

(n) L. R. cum sceleratis..

(s) L. N. fuerit.

non tamen ut secundum solvatur quod jam solutum fuerit, sed ut offerant se compoto, & oblata talea solutionis jamdudum (*t*) factæ redigatur in scripturam Rotuli; & sic absolvatur a debito. Dumi enim taleam penes se habuerit, liberatus non erit, sed semper summonendus.

*D.* Et hæc necessaria visa sunt; sed prosequere, si placet, de officijs.

*M.* Immo quia de tales mentionem fecimus, quo ordine taliandi ratio constat, paucis adverte. Talearum igitur alia est, quæ simpli-citer Talea dicitur; alia, quam numerandam nuncupamus. Legitimæ vero Taleæ longitudo a summitate indicis usq; ad summitatem extenti pollicis est: illie terebro modico perforatur. Memoranda vero quæ de firma Blanca] semper fieri solet, paulo brevior est; quia factio Essayo, per quod firma dealbatur, prima illa confringitur, & apposita sibi talea combustionis taleæ longitudinem tunc primo meretur. Hac autem ratione fit incilio. In summo ponunt M libr.; sic ut incisio ejus spissitudinis palma capax sit; Cl ut pollicis; xx l ut auricularis; libræ unius incisio quasi grapi Ordei tumentis; solidi vero minus; sc tamen ut ex concisionibus loco vacuato modicus ibi sulcus fiat; denarius (*n*) facta incisione nullo dempto signatur. Ex qua vero parte millenarius inciditur, alium non pones numerum; nisi forte medium ejus partem; sic ut medium similiter incisionis ejus partem demas, & infra constitutas. Sic si Cl incisurus est, & non sit tibi Millenarius, facies sic; & de xx l. sic; & de xx Sol. quos libram dicimus. Quod si multi Millenarij, vel centenarij, vel vigenæ librarum incidenda sunt, lex eadem servetur, ut ex patentiore parte ejusdem taleæ, hoc est, quæ directe tibi (*w*) proponitur facta annotatione major numerus, ex altera vero minor incidatur; ex patentiore (*x*) vero parte semper est (*y*) major numerus in summo, ex minus patente semper minor, hoc est denarij. Marcæ argenti ad Scaccarium incisio sola significativa non est; sed per solidos designatur. Maream autem auri in medio taleæ, sicut libram unam incidat. Aureum vero unum non prorsus ut argenteum, sed dueto directe incidentis cultello per medium taleæ, non obliquando sicut sit in argenteo. Sic igitur ipsa locorum dispositio & incisionis differentia, quid aureum vel quid sit argenteum, utrumq; determinat. Cæterum oportunius hæc omnia Visu quam verbo cognoscere.

*D.* Quod de his restat oculata sive constabit. Nunc si placet de officijs prosequere.

*M.* Post hunc ut supra diximus interpositis viris aliquibus discretis a rege missis, residet (*a*) is qui ex præcepto Regis computationes facit

(*t*) L. R. jam dictum *si res. curva.*

(*u*) L. R. denarius vero.

(*w*) L. N. sibi.

(*x*) L. N. potentiore.

(*y*) L. N. *digl.* est.

(*a*) L. R. & residet,

positione

positione numerorum pro calculis. Officium quidem satis perplexum est & laboriosum ; & sine eo vix vel nunquam Scaccarij ratio possit expediri ; sed nulli illic residenti convenit ex officio, nisi (*b*) cui Rex vel Justicia mandaverit exequendum. Laboriosum inquam ; quia cætera officia lingua vel manu ; hæc hijs duobus explentur ; sed in hoc, lingua, manus, oculi, mens indebet laborant.

*Quid ad Calculatorem.*

Hujus autem hæc est ratio. Secundum consuetum cursum Scaccarij non legibus Arismeticis. Memoriter, ut credo, dixisse me retines, Scaccario superponi pannum virgis distinctum, in cuius intersticijs numerales acervi collocantur. Porro Calculator in medio lateris residet, ut pateat omnibus, & ut liberum habeat ministra (*c*) manus excursum. Statuit autem ad dextram in spacio inferiore acervum nummorum (*d*) ab xj & infra ; in secundo solidorum a xix & infra ; in tertio vero librarum. Et hic quidem ipsi recta fronte debet (*e*) opponi quia medius est in consuetis compotis Vicecomitis ; in quarto acervus est vigenarum ; in quinto centenarum ; in sexto Millenarum ; in septimo, sed raro, decem mille librarum ; raro inquam, hoc est, cum a Rege vel mandato ejus, a Magnis Regni (*f*) compotus a Thesaurario & Camerarijs Regni totius recepte suscipitur. Licet autem Calculatori pro decem solidis argenteum (*g*) pro decem vero libris obolum aureum apponere ut compotus expeditius (*h*) fiat. Cavendum vero est, ne manus præambula linguam præveniat, vel e converso ; sed simul qui computat, & calculum mittat & numerum designet, ne sit error in numero. Deposita igitur per acervos summa quæ a Vicecomite requiritur, disponuntur infra similiter per acervos, quæ soluta fuerint, vel in Thesauro vel alias. Quod si fuerit firma numero quæ ab ipso requiritur, vel quodlibet aliud debitum cui solo possit numero satisficeri, simplex fiet detractio inferioris a superiore summi, & de residuo tenebitur ; secus autem fiet si firmam Bl. sit soluturus, quod in agendis Vicecomitis plenus ostenditur (*i*).

*D.* Parce parumper currenti Calamo ut liceat paucis uti.

*M.* Ad aleam resides, nec sunt tibi verba neganda.

(*b*) L. R. degl nisi.

(*c*) L. R. ministrat.

(*d*) L. R. vel nummorum vel numerorum.

(*e*) L. R. det.

(*f*) L. N. absunt compotus a Thesaurario

(*g*) L. R. degl pro decem solidis argenteum.

(*h*) L. R. degl expeditius.

(*i*) L. R. ostendatur.

& Camerarijs Regni.

D. Videre mihi videor fieri posse ratione calculandi, ut idem denarius pro calculo missus, nunc unum, nunc solidum, nunc libram, nunc centum, nunc (*k*) mille significet.

M. Sic est quibusdam tamen appositis; itemq; fieri potest eisdem demptis si Calculatori placeat, ut qui mille significat gradatim descendens unum significet.

D. Sic fit ut quis de plebe, cum homo sit & aliud esse non possit, temporalibus appositis voluntate Præsidentis ab imo consecrat in summum (*l*), ac deinceps fortunæ lege servata retrudatur in iuuui (*m*), manens quod fuerat, licet videatur ratione dignitatis & status (*n*) a se fibi mutatus.

M. Noscis, quod sermo tuus non capit in omnibus; verum quicquid alijs videatur, mihi satis placet, quod ex hijs alia conicis (*o*); in mundanorum vero tribulis misericordi (*p*) intellectus flores querere laudabile est. Nec in hijs tantum quæ (*q*) commemoras, sed in tota Scaccarij descriptione Sacramentorum quadam latibula sunt. Officiorum (*r*) namq; divertitas, judicariæ potestatis auctoritas; Regiæ imaginis impressio, citationum emissio; Rotulorum conscriptio, Villicationum ratio, debitorum exactio, reorum condemnatio vel absolutio, districti examinis figura sunt, quod revelabitur cum omnium libri aperti erunt & janua clausa. Sed de his haecenus. Nunc prosequamur de officijs; Post hunc qui Calculis inservit, primus residet ex officio Clericus qui præfet Regis Scriptorio.

### *Quid ad Clericum qui præfet Scriptorio.*

Ad hunc (*s*) pertinet scriptores idoneos ad Rotulum Cancellariæ, & ad brevia Regis quæ in Scaccario fiunt, nec non ad Summonitiones conscribendas, invenire, & ut bene fiant prospicere; quæ quidem officia, licet paucis exprimatur verbis, infinitis tamen vix expleri possunt laboribus; quod norunt hij, qui haec ipsa rerum experientia didicunt. Sic habes officia dispositorum in secundo sedili.

(*k*) L. R. pro nunc, habet nec quinque  
in hac claujula repetitum.

(*l*) L. N. summa.

(*m*) L. N. ima.

(*n*) L. N. & factus.

(*o*) pro conjicis.

(*p*) L. R. misli.

(*q*) L. N. qui.

(*r*) L. R. offertorum, mendose pro officiorum vel officiariorum.

(*s*) L. N. Ad huc.

*Quid ad Petaverensem Archidiaconum nunc Wintoniensem Episcopum.*

*D.* Si bene memini primus ad dextram Presidentis residet Wintoniensis Episcopus, cuius (*t*) officium in Scaccario vellem protinus expediri. Magnus enim est & nisi magnis occupari non debeat.

*M.* Magnus est proculdubio; & magnis intentus in multa distrahitur, sicut in Tricolumni (*u*) plenius est ostensum. Hic autem tempora (*w*) promotionis (*x*) dum paulo inferior in Regis Curia militaret, visus est fide & industria Regis negotijs necessarius, & in computationibus atq; in Rotulorum & Brevium scripturis fatis alacer (*y*) & officiosus. Unde datus est ei locus ad latus Thesaurarij, ut scilicet scriptura Rotulorum, & hijs omnibus cum ipso intenderet. Thesaurarius quidem tot & tantis curis & sollicitudinibus per omnia distrahitur, ut fas sit interdum tanto operi subrepere somnum. In humanis autem actionibus vix aliquid est usquequaq; perfectum.

*D.* Quid est quod dicis? nec enim novi quid sit Tricolumnis (*z*).

*M.* Libellus quidem est a nobis uteunq; tempore Juventutis editus de tripartita Regni Angliae historia, sub illustri Anglorum Rege Henrico secundo; quem quia per tres Columnas per universum digestimus, diximus Tricolumnum (*a*). In prima quidem de Ecclesiæ Anglicanæ negotijs plurimis, & de nonnullis rescriptis sedis Apostolicæ. In secunda vero de insignibus praedicti Regis gestis, quæ fidem humanam excedunt. In tertia vero de pluribus negotijs tam publicis (*b*) quam familiaribus, necnon Curiæ & Judicijs (*c*) agitur. Hic si forte in manus tuas inciderit, cave ne te effugiat; utilis enim poterit (*d*) futuris esse (*e*) temporibus & jocundus his, qui de Regni statu sub praedicto principe solliciti fuerint. Hic enim Rex licet atavis Regibus auditus fucrit, & per longa Terrarum spatia triumphali victoria iuum dicitaverit Imperium; majus tamen est, quod prodigum in se famæ titulum streuis aëtibus superavit. Sed de his (*f*) aëtenuis. Nunc cœpta negotia prosequamur.

*D.* Esto, si (*g*) sic placet. Salva sit igitur reverentia Thesaurarij:

(*t*) L. R. pro cuius hæc et album spatiolum.

(*b*) L. R. in publicis.

(*u*) L. N. Tricolumni.

(*c*) L. R. in Curiæ [ ].

(*w*) forsitan legendum ante tempora.

(*d*) L. R. potest.

(*x*) L. N. procurationis.

(*e*) L. N. esse vero.

(*y*) L. N. alloc.

(*f*) L. N. hijs.

(*z*) L. N. Tricolumnis.

(*g*) L. R. quia sic.

(*u*) L. N. Tricolumnum.

hic videtur ejus dignitati derogatum, quia non est soli fidei ipsius per omnia creditum.

*M.* Absit; imo magis sic ejus laboribus parcitur & indemniti pro-  
videtur; non enim quod vel ipsi vel alij non creditur, tot & tanti  
resident ad Scaccarium: sed quia rebus magnis & Regni negotijs sub-  
tanto principe decet magno ac multos deputari, non tamen ut utilitati  
(b) prospiciant, sed excellentia & honori Regis (i) deferviant.

*D.* Prosequere, si placet, de officijs.

### *Quid ad Thesaurarium.*

*M.* Officium Thesaurarij, vel cura vel sollicitudo ipsius vix expli-  
cari posset verbis, etiamsi esset mihi Calamus (k) velociter scribentijs.  
In omnibus enim & per omnia, quæ vel in inferiori Scaccario vel in  
superiori geruntur, ipsius sollicita diligentia necessaria est. Ex præ-  
dictis tamen magna ex (/) parte conslare potest, in quibus amplior sit  
ejus cura, adeo ut ab hijs avelli non possit manente Scaccario; in reci-  
piendis scilicet compotis Vicecomitum, & in scriptura Rotuli. Ipse  
namq; ministrat verba secundum qualitatem negotiorum in scripturam  
Rotuli sui, a quo postmodum illud idem excipitur ab alijs Rotulis;  
sicut supra dictum est; & cavendum est ipsi, vel in numero, vel in  
causa, vel in persona sit error; ne absolvatur qui quietus non est, vel  
rursus conveniat qui meruit absolviri. Tanta namque Rotuli ejus  
auctoritas est, ut nulli licet ei contradicere vel mutare; nisi forte tam  
manifestus error fuerit, ut omnibus pateat: neque tunc nisi de com-  
muni consilio omnium Baronum mutari debet, & ipsis præsentibus  
cum ad hue scilicet Scaccarium illins diei (m) perseverat: Scripturam  
vero Rotuli præterito anno factam, vel etiam hujus anni extantis post  
solutum Scaccarium nulli mutare licet nisi (n) Regi, cui semper his-  
(o) licent quacunq; (p) libent. Item ad eum spectat, ut ad omnia  
magna negotia cum Superioribus assumatur, & nil (q) eum lateat.

### *Quid ad scriptorem Thesaurarij.*

Scriptoris qui proximus ut Thesaurario (r) officium est præparare  
Rotulos ad Scripturam ex pellibus Ovinis non sine causa. Longitudo

(i) L. N. pro ac multos deputari non  
tamen ut utilitati habet vacuum spatium.

(k) L. P. in regi Regio.

(l) L. R. Calamus scribæ.

(m) L. N. pro parte.

(n) L. N. a jg diei.

(n) L. R. dicit nisi.

(o) L. N. hijs.

(p) L. R. quicunq;

(q) L. N. nichil.

(r) L. R. Thesaurio.

autem (*s*) eorum est quanta surgit ex duabus membranis; non tamen quibuslibet, sed magnis, ad hoc opus ex industria procuratis: Latitudo vero paulo plus una expansa & semis. Regulatis igitur Rotulis a summo pene usque deorsum, & ex utraq; parte, lineis a se decenter distantibus prænotantur (*t*) in summo Rotuli Comitatus & Baillie, de quibus infra compotus redditur: factio vero modico intervallo quasi trium vel quatuor (*u*) digitorum, præscribitur in medio linea nomen Comitatus de quo primo loco agendum est. Deinde in Capite sequentis linea nomen Vicecomitis depingitur, subsecente hoc tenore verborum. Ille vel ille Vicecomes reddit compotum de firma illius vel illius Comitatus. Deinde paulo post in (*w*) eadem linea scribitur; In Thesauro, nec apponitur aliud nisi consummato compoto, propter urgentem causam, quæ in agendis Vicecomitum manifesta est. Deinde in capite sequentis linea, quid in Elemosina & Decimis constitutis, quid etiam in liberatione, de firma Comitatus expendatur, exprimitur. Post hæc (*x*) in capite linea inferioris in Terris datis annotantur ea quæ Regum munificentia contulit Ecclesijs, vel his quæ eis militarunt, in fundis suis quæ Coronæ annominantur, quibusdam Bl., quibusdam numero.

*D.* Movet me quod dicas quosdam fundos dari Bl[ancos], quosdam numero.

*M.* Prosequamur ad præsens de Scriptoris officio; & in agendis Vicecomitis super hoc, si libet, interroga. Post Terras datas, factio intervallo unius linea ut videantur etiam ipsa sui ratione sejuncta, annotantur ea quæ jussa sunt de firma expensi per Brevia Regis; quia hæc constituta non sunt, sed casualia; quedam etiam, quæ sine brevibus computantur per consuetudinem Seaccarij, de quibus infra dicetur; & sic terminatur compotus de Corpore Comitatus. Post hoc factio intervallo quasi sex vel septem linearum, fit compotus de Purpresturis & Escaetis (*y*) sub his (*z*) verbis. Idem Vicecomes reddit compotum de firma Purprestarum & Escaetarum (*a*); sed & de omnibus firmis Maneriorum & de censu Nemorum, quæ annuatim debentur & solvuntur. Post hæc (*b*) suo ordine compoti collocantur, exceptis quibusdam Civitatibus & Villis & Baillijs, quæ rum majoris compoti sunt; quia constitutas habent Elemosinas vel liberationes, & terras datas; & ad Cullodes earum terrarum (*c*) propriæ summonitio-

(*s*) L. N. degl aut m.

(*t*) L. N. numerantur in.

(*u*) L. N. quasi un digitorum.

(*w*) L. R. factio.

(*x*) L. R. hoc.

(*y*) L. N. Excaetis.

(*z*) L. R. his.

(*a*) L. N. Excaetarum.

(*b*) L. R. loc.

(*c*) L. R. propriæ terrarum.

nes de debitibus Regis (*d*) diriguntur. De his (*e*) autem compotū sunt post consummatum omnino compotū de Comitatibus in quibus sunt. Quilia sunt Lincolnia, Wintonia, Mices, Berchamlede, Colecestria, pleraq; ali.

*D.* Miror dixisse te quosdam redditus constitutos dici firmas, quosdam vero census.

*M.* Firmæ Maneriorum sunt, census autem nemorum tantum. Quæ enim ex manerijs proveniunt, quia per agriculturam quolibet anno renovantur & redeunt; & præter hæc (*f*) in ipsis certi sunt constituti redditus consuetudinum jure perpetuo, merito firma (*g*) & immutabilia nominantur. Quæ vero ex nemoribus quæ quotidiane (*b*) succiduntur & percunt annua lege debentur, quorum non est tam firmus vel immobilis quartus, sed est in eis ascensus & descensus, licet non annuis frequens tamen, Census dicuntur: & sic per Aphæresim (*i*) redditus hoc censeri (*k*) dicunt. Sunt tamen qui credunt, censum dici quæ a singulis hominibus solvuntur; firma vero quæ ex his (*l*) surgit; ut sit firma nomen collectivum, sicut turba: ob hoc igitur sicut creditur sic censetur, ut annum indicet, & firmum non esse designet. Post hæc constituta, facto iterum intervallo fit compotus de debitibus, super quibus summonitus est Vicecomes; prætitulatis tamen nominibus illorum Judicum quorum hæc sunt. Ultimo vero de Catallis Fugitivorum, vel mutilatorum pro excessibus suis. Et his (*m*) expletis, compotus illius Vicecomitatus terminatur. Cavendum autem est scriptori, ne aliquid motu animi sui scribat in Rotulo, nisi quod Thesaurario dictante, didicerit. Quod si forte per negligentiam vel alium quemlibet easum, contigerit eum errare in scriptura Rotuli, vel in nomine, vel in numero, vel in causa, in quibus vis major scripturæ consistit; non præsumat abradere, sed linea subtili subducta cancelllet, & scribat in serie quod oportet: habet enim Rotuli scriptura hoc commune (*n*) cum chartis (*o*) & alijs scriptis patentibus, quod abradi non debet (*p*): & ob hoc cautum est ut de pellibus Ovinis fiant; quia non facile nisi manifesto vicio rasuræ cedunt.

*D.* Scriptor iste de proprio an de fisco Rotulos invenit?

(*d*) I. R. Regis.

(*k*) L. N. censiri.

(*e*) I. R. hijs.

(*l*) L. R. hijs.

(*f*) L. R. hoc.

(*m*) L. N. hijs.

(*g*) Properan, me judice, Cl. Auctr. i.

(*n*) L. N. idem cum.

(*h*) Firmam dici a frumentate.

(*o*) L. N. cartis.

(*b*) L. N. cotida.

(*p*) L. N. debent.

(*i*) L. N. Africiana.

M. In termino iste (*q*) Sancti Michaelis v solidos de fisco recipit. & scriptor Cancellariae alias nihilominus v; ex quibus ad ut uniq; Rotulum, & ad summonitiones & receptas inferioris Scaccarij membranas inveniunt.

*Quid ad Scriptorem Cancellarie.*

Cura labor studium reliqui scriptoris ad ejus latus residentis in hiis maxime consistit, ut scilicet excipiat de Rotulo altero verbum e verbo, eodem ut praediximus ordine Servato. Item ad hunc pertinet Brevia Regis de exitu Thesauri (*r*) scribere, de his (*s*) tantum rebus quæ consideratione Baronum, confidente Scaccario, a Thesaurario & Camerarijs liberari debent: nihilominus hic Brevia Regis scribit de computandis vel perdonandis his, quæ Barones ad Scaccarium computanda vel perdonanda decreverint (*t*). Ad hunc (*u*) etiam spectat, ut peractis compotis Vicecomitum, & taxatis debitiss Regis de quibus Summonitiones fiunt, easdem per totum Regnum dirigendas diligenter simul & laboriosa discretione conscribat: ex quibus, & in (*w*) quorum gratia sequentis termini Scaccarium convocabatur.

VI. *Quis fit tenor Brevium Regis factorum ad Scaccarium, sive de exitu Thesauri, sive de computandis, sive perdonandis.*

D. Brevia Regis de exitu Thesauri sub quo tenore verborum fiunt (*x*)?

M. Thesaurarius & Camerarij nisi Regis expreſſo mandato vel præſidentis Justiciarij, ſuceptam pecuniam non expendunt: oportet enim ut habeant auctoritatem rescripti Regis de distributa pecunia, cum ab eis compotus generalis exigetur; eſt autem hie tenor; H. Rex &c; N. Thesaurario & illi & illi Camerarijs ſalutem. Liberare de Thesauro meo (*y*) illi vel illi, hanc vel hanc ſummarum. Testibus (*z*) his apud N, ad Scaccarium. Additur autem ad Scaccarium, ut ſic ſiat diſcretio Brevium quæ in Curia Regis fiunt. Oporteret etiam ut ſacto brevi de exitu theſauri, ut diximus, faciat idem scriptor rescriptum ejus, quod (*a*) vulgo dicitur contrabreve; & illud penes ſe reſervabit.

(*q*) L. R. iſto.

(*r*) L. R. Thesaurarij.

(*s*) L. N. hijs.

(*t*) L. R. decreverunt.

(*u*) L. N. ad huc.

(*w*) L. N. deſt in.

(*x*) L. N. tenore fiuntur.

(*y*) L. N. noſtro.

(*z*) L. N. Teſte hijs.

(*a*) L. R. ejusq; vulgo.

Clericus Cancellarij in testimonium liberatae factæ per breve Regis originale, quod Thesaurarius & Camerarij habent. Brevia quoq; de computandis vel perdonandis his, quæ Barones decreverint (*b*) computanda vel perdonanda, præcognita Domini Regis voluntate, sub hoc tenore verborum sunt. II. Dci gratia &c, Baronibus de Scaccario salutem. Computate illi vel illi (*c*) hanc vel hanc summam, quam liberavit ad hoc vel ad illud negotium meum. Testibus hijs ibi ad Seaccarium. Item; Rex Baronibus de Seaccario (*d*) salutem. Perdono illi, vel clamo quietum hunc vel illum de hoc vel de illo (*e*). Testibus hijs ibi ad Seaccarium. Horum autem omnium brevium rescripta penes jambiolum Clericum residebunt, in testimonium factorum Brevium. Originalia enim computatorum vel perdonatorum Brevia formulis Marescalli factis Vicecomitum compotis includuntur; de cætero, nisi contentio de eis oriatur, non exponenda. Quod autem de brevibus Regis dicimus, intelligendum est similiter be brevibus Præsidentis Justiciarij (*ee*), tantum cum Rex absens est; & cum sigilli ejus impressione jura regni statuuntur, & causæ citantur ut condennentur (*f*) vel absolvantur qui vocantur ad Curiam. Cæterum dum Rex in Regno Anglie fuerit; Brevia Scaccarij nomine Regio sicut, sub ejusdem Præsidentis & alicujus alterius magni testimonio. Quis autem sit tenor Brevium illorum quæ Summonitiones dicuntur, plenius infra dicetur in titulo de Summonitionibus.

*Quid ad Clericum Cancellarij.*

Clericus Cancellarij qui huic proximus est, licet non proprio sed alieno nomine militet, magnis tamen occupatur, & in multa distrahitur: adeo ut ab ipso initio compotorum usq; ad finem inde avelli non possit; nisi forte dum sibi propitius est (*g*); substituto sibi interim discreto vicario. Huic tantum prima cura est post Thesaurarium in hijs omnibus quæ illic geruntur; maxime tamen circa Rotulorum ac Brevium scripturam; in hijs (*b*) enim præcipue versatur; nam ne

(*b*) I. R. decreverunt.

(*c*) L. N. illis.

(*d*) L. R. ad Seaccarium.

(*e*) L. R. vel illo.

(*ee*) Rego agente ultra mare, sicut sacerdos b. eccl. nomine summi Justiciarij. Exenti causa: Paganus de . undubbel debet xvijl & viij s. & viij d de Militibus. Sed debent requiri, per breve Comitis Legercestrie [Capitalis Justiciarij] per breve Regis

de Ultra mare, a Comite Patricio & Gaufrido de Ver, qui eosdem Milites habent. Mag. Rot. 13. Hen. 2. Rot. 2. a. tit. Berrochesira. Cuius etiam rei exempla alia in praecunte historia notantur.

(*f*) L. N. condempnentur.

(*g*) L. N. pro propitius eis habeat album spatiolum.

(*h*) L. R. his.

forte

forte sui calamis scriptoris aberret prospicit hic, alio n*ilq*  
passibus æquis. Item hic intuetur diligenter alterius anni *Breve*  
propositum, donec a Vicecomite satisfactum fuerit de debitis  
quæ illic annotantur, & de quibus summonetur. Item refertur  
comite ad compotum, computatis & scripto deputatis his quæ confe-  
stituta sunt in Comitatu, Breve summonitionis, cui Regis signum  
appensum est, iuscipit a Vicecomite, & de his (*k*) debitis quæ illic  
scripta sunt urget Vicecomitem, pronuncians in publicum & dicens,  
Redde de hoc tantum, & de illo tantum. Debita vero quæ solvantur  
in integrum, & de quibus satisfit, cancellet idem Clericus linea ducta  
per medium; ut sit distinctio per hoc etiam inter soluta & solvenda.  
Hic etiam custodit contrabrevia factorum ad Scaccarium. Hic etiam  
summonitiones factas ut prædictum est corrigit, & sigillat; & est ei  
labor infinitus, atq; post Thesaurarium maximus.

D. Utilis hic eset magis Argus, quam Polyphemus.

### *Quid ad Clericum Constabulariæ.*

M. Clericus Constabulariæ magnus & officiosus in Regis Curia,  
ad Scaccarium etiam ad majora quæq; cum Magnis ascitur, & assensu  
ejus Regia fiunt negotia. Destinatur autem a Rege ad Scaccarium  
cum contrabrevibus ad terminos Scaccarij, de hijs tantum quæ ad  
Curiam fiunt. Hic etiam cum (*l*) Constabulario liberationibus Mi-  
litum vel quorumlibet eorum intendit, ut prædictum est; & est in-  
terdum laboriosum satis officium ejus (*m*), licet paucis exprimitur.  
Explet tamen illud frequentius per suppositam personam sicut Can-  
cellarius; quapropter Majores (*n*) non facile possunt a Regis præ-  
sentia longius ire. Sic habes dispositorum in secundo sedili ad dex-  
tram Præsidentis utcunq; distributa officia.

### *Quid ad Brunum.*

Porro in (*o*) capite quarti sedilis quod opponitur Justiciarijs, residet  
Magister Thomas cognomento Brunus (*p*). Hujus ad Scaccarium.

B. 2

(*i*) L. R. i's.

(*k*) L. N. hijs.

(*l*) L. R. cura pri cum.

(*m*) L. N. ejus officium.

(*n*) L. N. Majora.

(*o*) L. R. dect in.

(*p*) Magister Thomas Brunus famel atq; Rot. 7. t. 42. propria domini 22. ad annos millesim

iterum in Magnis Rotulis R. Henrici II.

memoratur: Anno quinto illius tertius domini

domini Radulfus apos Majoris tertii vice-

nuam personam a Rege creata tertii vice-

ratione constituta Radulfus apos Majoris tertii

Bruni, verbi de xx domini 1254. s. 3. tertii

ac

non vilis est auctoritas. Magnum enim (*p*) & validum fidei ejus & discretionis est argumentum, quod a tum excellentis ingenij Principe electus est, ut prater antiquam consuetudinem tertium habeat Rotulum, in quo Regni jura Regisq; secreta conserbat, & eundem penes se reservans quocunq; voluerit deferat. Habet etiam Clericum suum in inferiore (*q*) Scaccario, qui juxta Clericum Thesaurarij residens, liberam habet facultatem scribendi, quæ recipiuntur & expenduntur in Thesauro.

*D.* Nunquid Principi cognita est eo usq; fides ejus atq; discretio, quod ad hoc opus merito non astinetur alius ad illum?

*M.* Magnus hic erat in magni Regis Siculi curia, consilijs providus, & in Regis secretis pene præcipuus. Surrexit interea Rex novus qui ignorabat illum, qui prava habens latera patrem persequebatur in suis. Compulsus est igitur vir iste, mutatis rebus prosperis, vitæ suæ consulere, & licet pateret ei cum summo honore accessus ad Regna pluimæ; tamen frequenter vocatus ab illustri Rege Anglorum Henrico, cum sama veritate ipsa minor (*r*) est, præelegit ad natale solum & successorum ac singularem dominum suum accedere. Susceptus igitur ab ipso sicut utrumque decuit, quia apud (*s*) Siculum magnis intenderat, hic etiam ad magna deputatur negotia Scaccarij. Sic igitur & locum & dignitatis officium adeptus est; ad quælibet etiam Scaccarij magna negotia cum Magnis aslumitur. Sic habes omnium qui ad majus Scaccarium ex officio resident jura distincta. Consequens autem est, ni fallor, ut quæ sint eorum dignitates ratione sessionis ad Scaccarium prosequamur.

*D.* Imo, si placet, de officio Militis quem Argentarium dicis, nec non de Fusoris officio dicendum est; quia cum sibi videantur annexa, & ad majus Scaccarium pertinentia, hucusq; dilata sunt.

ac vice/maſſeuendz, ipſe Magiſter Thomas fruobatur penſione annua a Rege conœſſa: Johanneſ Conſtabulariuſ Cestrie r c de DC I pro terra Matiis ſua: In theſauro xlviij l & xiiij s & iiiid; Et in foliis, per breve Regis, Magiſtro Thomae le Brum ix l, de Liberatione ſua de quaſta parte anni, Et Waltero Vitulo x l, de liberatione Eneceæ &c; Alag. Rot. 14. II. 2. Rot. 6. l. Tit. Tichebilla: Et Magiſtro Thomae Bruno Lxxvij s & ob. de dimidio anno, Alag. Rot. 22. II. 2. Rot. 3. b. Herefordiſira in Italia: Anno decimquinti, idem Magiſter Thomas fuit Eleemosynarius Regis: Et Magiſtro

Thomæ Brun Eleemosynario] Regis, viij l & xij s & j d; Alag. Rot. 15. H. 2. Rot. 10. a. Herefordiſira in Italia. Cl. Dialogi auctior hic teſtatur, Magiſtrum Thomam inſigni funēum officio ad Scaccarium. Quodnam illud fuerit, non eſt ſatis compertum. Fortaſſe idem, ac quod temporis progreſſu vobatatur Cancellarius Scaccarij. Conjectando loquar.

(*p*) L. R. deſt enim.

(*q*) L. R. inferiori.

(*r*) L. N. mino.

(*s*) L. N. apud.

*M.* Cerno quod te promissi rum in memoria non praeterit, ex quo spes certa concipitur, quod te jam dictis non fraudabit oblivio. Credebam fane de officijs tibi suffisse (*y*) satisfactum, quia de residentibus ad Seaccarium neminem pretermiseram. Sed huius de quibus commemores certas non habent sibi deputatas sedes, immo pro imperio Praesidentis vel Thesaurarij suum explent officium.

*Quid ad Militem Argentarium.*

Porro Miles Argentarius ab inferiori Seaccario ad superius defert loculum examinandi argenti, cuius supra meminimus; quem cum intulerit signatum sigillo Vicecomitis, sub omnium oculis effundit in Seaccario quadraginta quatuor solidos, quos de acervo sumptos prius signaverat, factaque cominixione corundem, ut ponderi respondeant, mittit (*u*) in unum Vasculum trutinæ libram ponderis, in alterum vero de denarijs quod oportuerit, quo facto numerat eosdem, ut ex numero constare possit, si legitimi ponderis sint; cujuscunq; vero ponderis inventi fuerint, seorsum mittit in Cifsum libram unam, hoc est xx Sol. (*w*) ex quibus examen fiat; reliquos vero xxxij Sol. (*x*) mittit in loculum. Item duo denarij præter libram examinandam dantur Fusori, non de fisco sed de parte Vicecomitis, quasi in præmium sui laboris. Tunc eliguntur a Praesidente, vel a Thesaurario si ille absens fuerit, alij duo Vicecomites, ut simul cum Argentario nec non & Vicecomite cuius examen faciendum est, procedant ad ignem; ubi Fusor ante Praemonitus præparatis necessarijs eorum præstolatur adventum: ibi (*y*) iterum præsente Fusore & hijs (*z*) qui a Baronibus missi sunt, diligenter computantur, & fusori traduntur.

*Quid ad Fusorem.*

Quos ille suscipiens manu propria numerat, & sic disponit eos in Vasculum ignitorum cinerum quod in fornace est. Tunc igitur artis fusoriæ lege servata redigit eos, in massam, conflans & emundans argentum. Caterum cavendum est ei, ne citra periculum subsistat, vel importunis (*a*) aëstationibus vexet illud atque consumat; Illud propter Regis, hoc propter Vicecomitis jaegeram; sed modis omnibus pro-

(*t*) L. P. sufficitib*i*.

(*v*) L. R. mittat.

(*u*) L. R. viginti solidos.

(*v*) L. R. viginti quatuor solidos.

(*r*) L. R. digerit ibi.

(*z*) L. R. his.

(*a*) L. N. importunis.

videat (*b*) & procuret quanta poterit (*c*) industria, ut non vexetur, sed ad parum tantum exequatur: hoc autem ipsum (*d*) providere debent (*e*) hij, qui ad idem missi sunt a Majoribus. Facto igitur examine, desert illud Argentarius ad Barones comitantibus illis, & tunc in omnium oculis ponderat illud cum libra prædicta ponderis: Supplet autem mox, quod ignis consumpsit appositis denarijs ejusdem loculi, donec æquilibriter se habeat examen cum pondere; tunc inscribitur idem examen desuper ducta creta his verbis, Everwicscira. Libra atlet tot, vel tot denarijs; & tunc illud Essaium dicitur non enim inscribitur nisi præconcessio (*f*) quod sic stare debeat. Quod si Vicecomes cuius est, calumpniatus fuerit illud quasi plus justo consumptum fuerit, ignis scilicet ex æstuatione, vel plumbi infusione; vel etiam fusor ipse qualibet occasione defecisse fateatur examen, iterum numerentur, viginti Solidi, qui residui sunt in Loculo prædicto, coram Baronibus sicut dictum est, ut eadem Ratione servata fiat Examen. Hinc tibi constare potest, qua consideratione de acervo magno præpositæ pecuniae quadraginta quatuor solidi seorsum ab initio mittantur in loculum apposito Vicecomitis sigillo. Notandum vero est, quod Fusor duos percipit denarios pro examine, sicut diximus. Quod si quovis casu aliud faceret, etiam si tertio examinaverit, non percipiet quicquam, sed contentus erit semel suscepis duobus.

*D.* Miror a tantis tantam adhiberi diligentiam (*g*) in unius libræ examinatione, cum nec magnus ex eo quæstus nec multa jactura perveniat.

*M.* Non propter hanc tantum fiunt hæc, sed propter Omnes illas quæ ab eodem Vicecomite sub eodem nomine firmæ simul cum hac persolvuntur. Quantum enim ab hac libra per ignen purgatorium decidit, tantundem ex singulis alijs libris noverit Vicecomiti de summa sua subtrahendum: ut si centum libras numeratas solverit, & libra examinis xij denar. exciderit, non computentur ei nisi nonaginta quinque.

*D.* Nunc videre videor, quæstum ex hijs provenire posse non modicum, sed cui cedere debeat ignoro.

*M.* Semel dictum est & semper intelligatur, soli Regiæ utilitati in his omnibus serviri. Licet autem a talea Vicecomitis combustio detrahatur mittitur tamen seorsum in taleam alteram breviorem, ut de summa ejus Thesaurarius & Camerarij respondeant. Sciendum vero quod per hanc taleam combustionis dealbatur firma Vicecomitis; unde in testimonium hujus rei semper majori taleæ appensa (*b*) cohæret.

(*b*) L. R. procuret.

(*c*) L. N. & quanta procuret industria.

(*d*) L. R. iustum autem.

(*e*) L.N. dicunt hij.

(*f*) L. N. præconcessio.

(*g*) L. R. diligentiam adhiberi..

(*h*) L. R. de/*et* appensa.

D. Pulsat adhuc me quæstio non dissimilis illi, quam in agendis inferioris Scaccarij proposuisse me memini; quare videlicet libra una plus altera decidat, cum par debeat esse conditio omnium operantium in moneta.

M. Ad hanc sicut ad illam quæstionem sufficit respondere, fieri posse hoc per falsarios & nummorum detonatores. Fuerunt autem, qui crederent (*i*), quibus nec ego dissentio, non esse legitimam hujus regni monetam, si examinata libra (*k*) decidat (*l*) pluiquam VI. a pondere, quam (*m*) numerata respondet; & etiam delatam ad Seccarium hujusmodi pecuniam fisco debere cedere, nisi forte novi sint (*n*) & non usuales denarij, quorum etiam superscriptio sum prodat (*o*) auctorem; tunc enim idem monetarius super opere suo districte convenietur, & legibus constitutis sine jactura Vicecomitis condemnabitur vel absolvetur. Quod si per examinationem probatis & reprobatis denarijs monetarius condemnatus & punitus fuerit, denarij a Fusore Scaccarij præsentibus alijs hujus artis peritis redigentur (*p*) in massam, & pondus ejus Vicecomiti computabitur. Verum totum hoc pene nunc abolitum est & multum relinquitur, quoniam in moneta generaliter peccatur ab omnibus (*q*). Cum autem ad debitum & lege determinatum modum moneta pervenerit, primitivæ constitutionis legem observari necesse erit (*r*). Contra, si quis Vicecomes nummos attulisset, quorum libra combusta a v vel iiiij vel (*s*) infra se cohiberet, & viderentur de novo facti, non usuales vel cursorij, simili modo non legitimi dicebantur, quasi excedentes legem communem; unde & inficari poterant sicut & alij. Item sunt ad Seccarium liberationes constitutæ (*t*) quæ statutis terminis sine Breve Regis solvuntur: qualis est liberatio Naucleri, Custodis scilicet navis Regiæ quam Esneccam (*tt*) dicimus,

(*i*) L. N. crediderent.

(*k*) L. R. deest libra.

(*l*) L. R. subdecidat.

(*m*) L. N. qua.

(*n*) L. R. sunt.

(*o*) L. N. probat.

(*p*) L. N. redigetur.

(*q*) L. R. deest hic clausula incipiens Vicecomiti computabitur & definit ab omnibus.

(*r*) L. R. habet hic Verum totum hoc pene nunc abolitum est & multum relinquitur, quoniam in moneta generaliter peccatur ab omnibus.

(*s*) L. R. combusta ad vij iiiiij l. infra.

(*i*) L. N. conslitæ.

(*tt*) Exempli gratia: Anno duodecimo Regis Henrici II, Firmarius ville Hantonæ, in empoto ad Seccarium redditio, habuit de firma sua iubuetas expensas que sequuntur; similique modo, anno viij. secundo ejusdem Regis, firmarius illius vide qui iij. anno compotum reddidit: In Liberatione Esneccæ, quando Rex transfretavit in quadragesima, viij l & xs; Et in passagio Regis Scotiæ, viij l & xs, per Breve Regis: Et in passagio Domini Gaufridi filij Regis, Esneccæ & duabus alijs Navibus, xl. Mag. Rot. 12. Hn. 2. Rst. 8. b. tit. Hartona: Et item in liberatione Esneccæ, quando filia Regis transfretavit CCC 2 itulæ

dicimus, qui xij percipit quaq; die; de qua & (u) consumilibus taleæ fuit a Camerarijs, quia de hijs brevia non habent. Miles autem Argentarius horum recauta halet, i. e. contrataleas. Hie simul & suor rogati a (w) Camerarijs cum necesse fuerit, & plurima delata pecunia opprimit Computatores, juvant eos in computatione: voluntarium tamen est eis, non necessarium. Sic habes militis Argentarij & (x) Puforis officia.

*D.* Quæ sint signa facti vel infecti examinis.

*M.* Non satis novi; quia nec sollicitus super hijs fui. Verum quumdiu super jam liquidum argentum nigra quædam nubecula circumferri conspicitur, insectum dicitur. At cum quædam quasi grana minuta ab imo deducuntur ad summam, & illie dissolvuntur, signum est examinati.

### VII. A quibus vel ob quam rem instituta fuit examinatio hæc vel combustio?

*D.* A quibus vel ob quam rem instituta fuit examinatio hæc vel combustio?

*M.* Ut de his (y) tibi constare possit, paulo altius oriendum est. Sicut traditum habemus a patribus, in primitivo regni statu post Conquistationem, Regibus de fundis suis non auri vel argenti pondera sed sola vietualia solvebantur; ex quibus in usus cotidianos domus Regiæ necessaria ministrabantur. Et noverant, qui ad hæc deputati fuerant, quantum de singulis fundis proveniebat. Cæterum ad stipendia vel donativa Militum & (z) alia necessaria, de placitis Regni vel conventionibus, & ex civitatibus vel castellis a quibus agricultura non exercebatur, pecunia numerata succrefcebat. Toto igitur Regis Willelmi priuî tempore perseveravit hæc institutio, uiq; tempora Regis Henrici filij ejus; adeo ut viderim ego ipse quodam, qui vietualia statutis temporibus de fundis Regijs ad Curiam deferri viderint: certumq; habebant (a) officiales domus Regiæ a (b) quibus Comitatibus triticum, a quibus diversæ species carnium vel equorum pabula, vel quæ necessaria, debebantur. Hijs vero solutis

itura in Siciliam, viij l & xs, per breve Regis. Et in liberatione septem navium quæ cum ea transfretaverunt, xl & xij s per breve Regis. *Mag. 1st. 22. Hen. 2. Ret. 13. b. tit. Ilon. na. Quid & Natus Episcopi Elicensis tractatior Elincea qus: Et in reparacione Elincea Episcopi [s. Elicensis] xxvij s, per idem breve. Mag. Ret. 19. Hen. 2. Ret.*

4. b. in compoto de Episcopatu de Ely vacante.  
 (u) L. N. deq; &  
 (w) L. R. rogatia.  
 (x) L. R. simul &  
 (y) L. N. hijs.  
 (z) L. R. adalia.  
 (a) L. N. habebat.  
 (b) L. R. deq; a.

secundum

secundum constitutum modum cuiusq; rei, Regij officiales computabant Vicecomiti redigentes in summam denariorum. Pro mensura scilicet tritici ad panem C hominum, Solidum unum ; pro corpore bovis pascualis solidum unum ; pro Ariete vel Ove iiiij d ; pro præbenda xx equorum similiter iiiij d. Succedente vero tempore, cum idem Rex in transmarinis & remotis partibus, sedandis tumultuous bellicis operam daret, contigit ut fieret sibi summa necessaria ad hec explenda (c) numerata pecunia. Confluebat interea ad Regis Curiam querula multitudo colonorum, vel quod gravius sibi videbatur prætereunti frequenter occursabat, oblatis Vomeribus in signum deficientis agriculturæ ; innumeris enim molestijs premebantur occasione vietualium, quæ per plurimas Regni partes a (d) sedibus proprijs deferebant. Horum igitur querelis inclinatus Rex diffinito Magnoru[m] consilio destinavit per Regnum quos ad id prudentiores & discretiores cognoverat (e), qui circueentes & oculata fide fundos singulos perlustrantes, habita aestimatione vietualium, quæ de his (f) solvebantur, redegerunt in summam denariorum. De summa vero summum quæ ex omnibus fundis surgebat in uno Comitatu, constituerunt Vicecomitem illius Comitatus ad Scaccarium tenei ; addentes, ut ad scalam solveret, hoc est propter quamlibet numeratam libram vj d. Rati sunt enim tractu temporis de facile posse fieri, ut moneta tunc fortis a suo statu decideret. Hæc eos fecerit opinio ; unde coadi sunt constituere ut firma maneriorum non solum ad scalam, sed ad pensum solveretur ; quod perfici non poterat nisi longe pluribus oppositis. Servabatur per plures annos ad Scaccarium lex hujus iudiciorum : unde frequenter in veteribus (g) Annalibus Rotulis Regis illius invenies scriptum, in thesauro C libras ad scalam ; vel, in thesauro C libras ad pensum. Surrexit interea vir prudens, consilijs providus, sermone discretus, & ad maxima quæque negotia per Dei gratiam repente præcipuus, dicens, in eo completum quod scriptum est ; nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia. Hic ab eodem Rege ad Curiam vocatus, licet ignotus non tamen ignobilis suo perdecuit exemplo

Paupertas tenuis quam sit secunda virorum !

Hic igitur, succrescenti in eum principis ac cleri, populiq; favore, Sarisburiensis Episcopus factus, maximis in Regno fungebatur hono-

(e) L. N. hæc exempla,

(f) L. R. de sedibus.

(g) L. N. conuertat.

(f) L. R. his.

(g) L. N. veteris,

ribus, & de Scaccario plurimam habuit scientiam ; adeo ut non sit ambiguum sed ex ipsis Rotulis manifestum, plurimum sub eo floruisse ; de cuius stillicidijs nos quoque modicum id quod habemus per traditionem accepimus. Super hoc ad præsens multa loqui supersedeo ; quia pro qualitate sui status nobilissimæ mentis indicem superstitem sibi memoriam dereliquit (*b*). Hic postmodum ex mandato principis (*i*) accessit ad Scaccarium ; ubi cum per aliquot annos perfidisset, comperit hoc solutionis genere non plene fisco satisfieri : licet enim in numero & pondere videretur satisfactionum non tamen in materia : consequens enim non erat, ut si pro libra una numeratos xx Sol. etiam libræ ponderis respondentes solvisset, consequenter libram solvisset argenteam : poterat enim cupro vel quovis ære mixtam solvisse, cum non fieret examinatio (*ii*). Ut igitur Regiæ simul & publicæ provideretur utilitati, habito super hoc ipso Regis consilio, constitutum est ut fieret ordine prædicto firmæ combustio vel examinatio (*k*).

#### D. Quomodo publice ?

*M.* Sentiens enim Vicecomes se prægravari (*l*) per combustionem deterioris monetæ, cum firmam est soluturus folicitam adhibet diligentiam ut monetarij sub eo constituti (*ll*) legis constitutæ fines non excedant ;

(*b*) L. N. dereliquid.

(*i*) L. N. precipis accessit—

(*ii*) Cl. auctor videtur hic innuere, Combustionem a Rogerio Sarisbury Episcopo, Capitali Justiciariorum & Scaccarij Præside, vel inventam vel in usum inductam. Sed constat ante Rogeri evum in usu fuisse, ex indulice fidei monumento Libro Domesday ; in quo de libra atra & arsurâ fine atque iterum mentitur. Exempli gratia : Burgum Herforde : Hoc suburbium reddit xx libras atras & pensatas ; & iij molini reddunt x libras ad numerum. Quando Petrus Vicecomes recepit, xv libras ad numerum reddebat ; T. R. E. viij libras & x solidos ad numerum. Lib. Domed. fol. 132. tit. Herfordicire. Terra Judhel de Totenais : Judhel tenet de Rege Totenais burgum, quod Rex Eduardus in dominio tenebat. Ibi sunt intra burgum C burgenses v minus, & xv extra burgum terram laborantes. Inter omnes reddunt viij libras ad numerum. Olim reddebant iij libras ad pensum & arsuram. Lib. Domed. tit. Devenescire, fol. 108. b.

col. 1. [Sulfritone] Reddit xl libras ad pondus & arsuram. [Teintone] Reddit xiiij libras ad pensum & x solidos ad numerum. [Alseminstre] Reddit xxvj libras ad pensum & arsuram. Ib. fol. 102. a col. 2. tit. Devenescire. [Wachetone] reddit iij libras ad pondus [Sudtone] reddit xx solidos ad pensum. [Ermentone] reddit xiii libras & x solidos ad pensum & arsuram. Ib. fol. 100. b. col. 1. col. tit. [Blachepole] valet xx solidos ad pensum & arsuram. [Mortone] reddit xii libras ad pensum & arsuram. Ib. fol. 101. a. col. 1. col. tit. Et vid. Spelm. Glavar. ad vocem Libra, p. 266. col. 2. Sol videamus annon hoc dubium jubaroveri poterit ; hoc medz. Fortale Rogerus Episcopus vel invenerit vel introducerit Combustionem Nominalem (de qua locutus sum in praeviota Historia Vol. 1. cap. 9. scđt. 2.) ; puta solutionem pecunie auctoritate vice Combustionis.

(*k*) L. R. dejur vel examinatio.

(*l*) L. R. pergravari.

(*ll*) Exempli gratia : Robertus de Vallibus [Vicecomes Cumbrie] debet C marcas, pro pluribus

excedant; quos cum deprehenderit, sic puniuntur, ut eorum exemplo cæteri terreatur.

D. Nunquid de omnibus Comitatibus firma Bl[anca] solvi debet, vel ex omnibus Comitatibus (*m*) examinatio fieri?

M. Non; sed qui de antiquo (*n*) jure Coronæ Regiæ annominantur sic solvunt. Qui vero per incidentes aliquos casus infiscantur, solo numero satisfaciunt; quales sunt Salop (*o*), Sudsex, Northumberland (*p*) & Cumberland. Liberum est etiam (*q*) Vicecomiti ut pro firma Bl[anca] solvat examinati argenti pondera; & sic effugiat jaeturam combustionis; Sic tamen ut Fusor Regis eadem suscipienda discernat. Habet igitur quod petisti, a quibus scilicet & ob quam causam instituta fuerit examinatio.

D. Video (*r*) per hanc ad literam impletum quod scriptum est: quale fuerit cuiusq; opus ignis probabit. Sed jam nunc placeat cœptis insisterem.

M. Fiat. Consequens est ut credo secundum dispositæ rationis ordinem, ut quæ sunt dignitates residentium ad Scaccarium ex officio, vel ex Regis mandato prosequamur.

D. Miror satis qua consideratione cum de officijs ageretur, de Ostiario majoris Scaccarij & ejus officio vel ex industria suppressisti, vel oblivionis injuria resistente præteriisti.

M. Gratulor te memorem predictorum; in proficiente quippe discipulo gloria Doctoris est. Nosti jam dictam Ostiarium liberacionem percipere cum alijs officialibus, & ideo merito requiris, quid sit ejus officium. Est autem hujusmodi.

### *Quid ad Ostiarium Superioris Scaccarij.*

Ostium domus illius in qua Scaccarium residet, Ostiarius ille solus sine con sorte custodit; nisi cum de domo propria servientes assumit in onus officij sui. Nihilominus (*s*) custodit idem ostium thalami secretarum, qui collocatus est juxta domum ubi Scaccarium est. Ad hunc accedunt Barones, cum proponitur eis verbum ambiguum ad Scaccarium, de quo malunt seorsum tractare quam in auribus omnium;

pluribus dissensibus: & quia cognovit pri-  
fones evasisse de custodia sua; & quia cum  
esset Vicecomes sustinuit cursum veteris  
moneta post generalem prohibitionem. *Mag.*  
*Rot. 1. h. i. Rot. 8. o. tit. Cumberland.*

(*m*) L. R. defunt hic ex omnibus Comi-  
tatibus.

(*n*) L. N. antico.

(*o*) L. N. Salopscir.

(*p*) L. R. Northumberland.

(*q*) L. N. etiam est.

(*r*) L. R. Vide.

(*s*) L. N. Nichilominus.

maxime autem propter hoc in partem secedunt, ne compoti qui ad Seaccarium sunt impeditur, quibus moram facientibus in consilijs, cunctis curulis eorum otium agitur. si quod vero natum fuerit emere, reteretur id est. Liberum etiam eis Olliario, ut quibuslibet et regia auctoritate viis ad hunc epus sua necessariis impune praedulat et cum curia vellet. solis vero hiis qui ad Seaccarium ex clero vel ex Regis mandato resident, voluntarius patet ingressus in curiam per thalamum. Quod si auctentica sint personae, quis singulare in aliis omni est idem, unum vel duos introducere poterunt in exteriorem portam Seaccarij, sed in thalamum secretorum foli Majores introcunt, et teris exclusis; nisi cum ad quaelibet Regia negotia sua plenda a Dominiis suis vocantur. Item Olliarius factas Summonitiones & signatas a Maresallo suscipit; soluto Seaccario illius termini, in propria persona vel per fidem nuncium per Angliam, hecat super dictum est, easdem defert. Hie etiam ex mandato Praesidentis & vicecat in presentiam (i) ejus Vicecomites qui extra domum vel iuniorum persic sunt, cum indigerit illis. Item ad hunc pertinet, ut iudicet (ii) circa minuta qualibet necessaria que in domo Seaccarij sunt veat (iii) ad fernanda & preparanda sedilia circa Seaccarium, & huiusmodi. Ex parte dictis, ut credimus, de officiis omnibus qui ad Seaccarium refert ibi constare potest. Nunc que sunt eorum jura vel dignitates radicii officiis ad Seaccarium ostendemus.

### VIII. Que sunt jura & dignitates residentium ad Seaccarium ratione fissioris.

Opertet autem de cetero nobis amplius pareat lingua detractoris, & deus aequalis, ne lanjet insultando; vix enim ad notitiam tuam aliquid horum pertingeret, si non usitatis rerum vocabulis, sed exquisito verborum scemte vel confectis (iv) nominibus duxerimus insistendum.

D. Solam verborum novitatem a principio vitare præmonui, & circa communia communibus & usitatis uti verbis obtinui, ne disciplinalia radimenta novitas insueta turbaret. Sic igitur, ut cœpisti, cœptum libet iterum explere. Quod si te sic gradientem detractoris æmula tens vel lingua repererit (v) illud obtineas ab eo, ut qui in scriptis sine peccato sit, primus in te lapidem mittat.

i. Sponte parco, dummodo lex ista servetur. Dignitas residentium (vi) curia in pluribus consistit. Sive enim de Clero sint sive de Clericis Curia qui assident ex mandato, ab ea die qua convenient usq;

(i) L. R. Cœptio.  
(ii) L. R. Fissio.

(iii) L. R. conflictus.  
(iv) L. N. repperit.

ad generalem Sessionem, ad alias quaslibet causas sub quibuscumq; judicibus non evocantur ; & si forte vocati fuerint, ratione publicæ potestatis excusantur. Quod si sint actores & non rei qui assident, & alias habent lites, in eoruin erit arbitrio vel experiri per procuratorem, vel absq; omni detimento sui juris diem protogare. Si vero judex sub quo litigant, sive sit Ecclesiasticus sive Forensis, legis hujus ignarus, ab jam dicta die convocationis ad Scaccarium citaverit quemlibet eorum, & absentem forte per sententiam possessione sua vel quovis jure spoliaverit, auctoritate Principis & ratione sessionis revocabitur in eum statum causa (*y*) ipsius, in quo erat, ante citationem : Sed judex propter hoc puniri non meruit ; quod enim sui officij est, est exequitus ; licet pro publica potestate non consequatur effectum. Quod si sic citatus fuerit, ut fatalis dies lege determinatus sibi constitutus, diem convocationis ad Scaccarium præveniat, non poterit se per illud excusare, vel Judicis sententiam declinare (*z*), vel in se latam irritam facere, etiamsi alter alteri sic proximus sit, ut iterum cogatur arripere. Procuret itaque sibi procuratorem vel responsalem, & ipse Regijs addictus (*a*) negotijs ad Curiam sine simulatione festinet. Præterea Barones qui ad Scaccarium resident, de viualibus suæ domus in urbibus & Castellis & Maritimis emptis, nomine consuetudinis nihil solvunt. Quod si minister Vectigalium de hijs quicquam solvere compulerit, dummodo præsens sit serviens ejus qui in tuis usibus empta suisse oblata fide probare voluerit, Baroni quidem exæcta pecunia restituetur in integrum, & improbus exactor pro qualitate persona pecuniariam pœnam luet. Item si quilibet etiam Magnus in regno inconsulto calore animi quemlibet ad Scaccarium residentem probris vel convicijs lacerzierit (*b*), si presidens ille præsens est, excessus hujusmodi ultricem pœnam pecuniariam statim excipiet. Absente vero præidente, illatam injuriam si constanter ille negaverit, & acclamaverint confederates dixisse eum quod sibi obicitur, nihilo minus (*c*) Regi cui militatur in pecuniâ reus statim judicabitur, nisi festinaverit postulando misericordiam prævenire judicium. Quod si se invicem hijs qui ad Scaccarium resident, contumeliosa quilibet objectione molestaverint, Mediantibus alijs sui ordinis ministris in pacem redeant ; ut satisfiat ab ipso qui innocentem lebit, ad eorum estimationem. Si vero acquiescere noluerit, sicut magis in sua teme-

(*y*) L. R. causa.(*z*) L. R. declarare.(*a*) L. N. additus.(*b*) L. N. proprijs vel convicijs, lacerzierit.(*c*) L. N. nichilominus.

itate perseveraverit (*d*), proponatur verbum Præsidenti, & ab eo postmodum quod iustum fuerit uterque suscipiat. Cæterum si per intentorem malorum diabolum, qui fratnæ pacis jocundam lætitiam non aquis appetit oculis, fieri contigerit, ut inter ipsos Majores dissensionis oriatur occasio, deinde quod absit succrescant conviciorum jurgia, & adiente flammulos Sathanam, per alios collegas operis ejus pax reformati non possit; horum omnium cognitio ipsi Principi reservabitur; qui secundum quod cordi suo Deus, in cuius manu ipse est, inspiraverit, excessum puniet; ne qui præfunt alijs ferre videantur impune quod decernunt in alijs puniendum.

*D.* Ex his manifestum est, quod Salomon ait, mors & vita in manibus linguae; Et item Jacobus; lingua modicum membrum est, & magis exaltat.

*M.* Sic est (*e*); sed prosequamur de dignitatibus. Fiunt interdum per Comitatus communes Assiste, a Justitijs (*f*) itinerantibus quos nos dcambulatorios vel perlustrantes Judices nominamus; que ideo dicuntur Communnes, quia cognita summa quæ de Comitatu requiritur communiter ab his qui in Comitatu (*g*) fundos habent, per hydas distribuitur, ut nihil defit de illa cum ventum fuerit ad Scaccarium solutionis. Ab hijs omnibus omnes hij qui ad Scaccarium ex Principis mandato resident liberrimi sunt; adeo ut non solum a dominiis sed etiim ab omnibus feodis suis nihil horum exigatur (*gg*). Si vero qui residet ibi fundum habeat (*h*) vel ad firmam, vel in custodiam, vel etiam in pignus pro pecunia, liber non erit, sed magis de hijs legibus publicis obnoxius fiet. Amplius autem præter has liber erit ad Scaccarium a Murdris, Scutagij, & a Danegeldis (*i*) (*ii*). Quod autem ad

(*d*) L. R. defunt set magis in sua temeritate perseveraverit.

(*e*) L. R. deponit sic est.

(*f*) L. N. Justij.

(*g*) L. R. aequaliter requiritur communiter ab his qui in Comitatu.

(*gg*) Baronis & Residentes Scaccarij Regij, residentie jure privilegiis ensuuerant esse immunes amercianorum nomine murdris, & communium officiorum impostaarum Comitatibus, hundredis, & vills, ob defaltas, transgressiones, & delicta evenerint. De hac re consularitur Historia Scaccarij, cap. 20. Sect. 7.

(*h*) L. R. habet.

(*i*) L. R. Danegildis.

(*ii*) Instantia causa. Anno secundo R. Henrici II, Comes Albericus, Episcopus Linco-

lienlis, Comes Leicestriæ, Episcopus Eliensis, ac Thesaurarius, ab soluti scribabantur a summis in terras ipsorum irrugatis in Cantebrugescira nomine Danegeldi; idq; si recte judico, per residentias suæ privilegiorum. Idem Vicecomes [Paganus] r c de Danegildo; In thesauro xxxvij l & iij s; Et in Perdonis per brevia Regis, Comiti Alberico xvij s, Et Episcopo Lincolinæ xxxvj s & vi d, Et Comiti Legrecestriæ xiiiij s, Et Episcopo de Eli xxix l & vi d, Et Thesaurario xiiiij s, itemq; alijs; Mag. Rot. H. 2. Rot. 2. b. Cantebr. Eodemq; anno, Episcopus Eliensis, Thesaurarius, Comes Leicestriæ, & Wariensis filius Geroldi, utiq; absoluti scripti sunt a summis in ipsos impositis in Cantebrugescira nomine Doni. Et idem Vicecomes r c de Liij I

ad ipsum pertinet a summa constituta decidet, & Vicecomiti computabitur per hæc verba; in perdonis per Breve Regis, illi vel illi hoc vel illud; cum tamen nullum super hoc Breve Regis habuerit. Caveat autem cui dimittitur aliquid a Principe, ne postea sibi dimissum requirat a subditis, sed magis memor sit verbi illius; dimittite & dimittemini; quia cum hoc fuerit deprehensum, Princeps Evangelicæ æmulator doctrinæ nec dimittet eum nec debitum dimittet ei, sed forsitan in centuplum puniet; quia impensa sibi gratia videtur abuti, cum ab alijs irreverenter exigit quod gratis sibi dimissum est.

*D.* Dictum est, si bene memini, quod quicunque Regis præcepto residet ad Scaccarium quibusdam a lege determinatis ratione sessionis liber est. Additum est etiam, si bene recolo, considere Scaccarium in termino Paschæ, non tamen quæ (k) illic fiunt omnino terminari, sed eorum consummationem termino Sancti Michaelis reservari. Cum igitur possibile sit, imo & frequenter contingat, aliquem ex Regis mandato in Termino Paschæ ad hoc assūmi, qui in termino Sancti Michaelis vel fati debita solvit, vel ad alia Regni negotia mandato Regis transfertur (/), vel quod fortius quibusdam visum est, medio tempore Principi factus exosus, tam excellentibus negotijs indignus judicatur: Quero si qui Termino Paschæ quietus est quo pauca terminantur, sed omnia per iteratam summonitionem innovantur, hic talis in termino Sancti Michaelis absolvī mereatur, cum etiam & Seacarij sessionem & ipsam principis gratiam demeruerit.

*M.* Ad hujus quæstionis partem utramq; construendam copiosa forsitan est rationum inventio, sed noveris Regiæ munificentia libertatem, post semel (m) indultam absolutionis gratiam etiam cum pecunia dispensio in partem meliorem semper esse proniorem: quippe similis est donorum & perdonorum Regis ratio, ut sicut dona ejus revocari vel repeti non debent; sic nec Regis dimissa quæ vulgo perdonata dicuntur, nequeunt in irritum devocari. Liber igitur & absolutus est in termino consummationis, qui quocunque modo in præcedenti meruit absolvī.

*D.* Movent me quædam, quæ prædicta sunt. Primo quod dicas aliquid alicui dimitti sub hoc tenore verborum; In perdonis per Breve Regis, illi vel illi hoc vel illud, cum tamen nullum Breve Regis di-

Iij l & vij s & viij d de Dono Comitatus: Warino filio Geroldi xvij s, *¶ dīp. B.*  
In Solis Willemo Cade xx l; Et in Per- *juxt. Cantelrig.*  
donis per brevia Regis, Epitopo de Eli (k) L. R. qui.  
xxij l & viij s, Et Thesaurario ix s & iiiij d, (/) L. R. transferatur.  
Et Comiti Legreccestriæ xij s & iiiij d, Et (m) L. R. primo semel.

misionis obtinuerit. Quomodo enim fieri potest, ut sic falsa non comprehendatur Scriptura letali, non video.

M. Movet te? Nec immerito; quod me diu movit; atq; (ut credo) nondum patuit omnia his Scripturæ ratio: unde licet non sit magnum quod petis, attamen est insolitum, & videtur absurdum, ut per Breve Regis dicatur dimissum quod sine Brevi semper est diniittendum. Ea propter de hac ipsi sollicitus sui circa Dominum Eliensem virum itaq; hujus officij peritissimum, cuius memoria in benedictione sit in aeternum. Ille illustris illius Anglorum Regis Henrici primi Thesaurarius, & nepos Sarisburiensis cuius supra meminimus, incomparabilem suis temporibus habuit Scaccarij Scientiam: Maximus etiam existens in hijs (n) quæ ad sui status dignitatem pertinebant, celebrem sui nominis famam fecit, adeo ut pene solus in regno sic vixerit & sic decesserit ut gloriam ejus invida lingua denigrare non audeat. Hic etiam ab illustri Rege Henrico secundo frequenter rogatus, Scaccarij Scientiam continuata per multos annos bellica tempestate pene prorsus abolitam reformavit, & totius descriptionis ejus formam, velut alter Esdras bibliothecæ sedulus reparator, renovavit. Credidit sane vir prudens satius esse, constitutas ab antiquis leges posteris innoscere, quam sua taciturnitate ut novæ conderentur efficere; vix enim modernitas in quæstu pecuniae mitiora prioribus jura dictavit. Ab hoc igitur super hoc hujusmodi responsum accepi; frater, qui aures audiendi avidas habet, facile detractoris linguam invenit; etiam is qui non habet non facile eandem effugiet. Accesit itaq; ad Regem Henricum primum vir aliquis habens sibila Serpentis, dicens ei; Barones vestri qui ad Scaccarium resident ut quid quæ de terris eorum exurgunt non solvunt? Cum quidam constitutas habeant ad Scaccarium liberationes pro sessione sua; quidam etiam pro officio suo fundos habent & fructus eorum; hinc ergo gravis jactura fisco provenit. Cum igitur ille Principis emolumenatum allegans frequenter instaret, mentem ejus vix tandem verbum istud eo usque posse dedit, ut omnia constituta ab omnibus solvi præciperet, nec aliquid alicui dimitti, nisi quis super hoc expressum ejus obtinuisse mandatum: factumq; est ita. Succedente vero tempore, cum recordaretur Princeps consilij Achitophel (o) paenituit eum acquieuisse. Decrevit autem omnibus illic Ministrantibus omnia prædicta computari, nihil ducens jacturam modici æris respectu magni honoris. Destinavit itaq; breve suum ad Scaccarium, ut assidentes illuc ab his liberi essent jure perpetuo. Ab hoc igitur Brevi ex tunc & modo dicitur, In perdonis per breve Regis; sicq; factum est, ut

(n) L. N. his.

(o) L. N. Architophel.

quod indultum est patribus (*p*) etiam nunc perseveret in Posteris. Simile autem huic aliquid temporibus modernis nos vidisse meminimus, quod tractu temporis sub consimili verborum tenore hijs (*q*) qui absolvi meruerint computabitur. Praecepit namque Dominus Rex Henricus secundus in termino Sancti Michaelis xxiiij anni Regni sui, ut milites Templi, & fratres Hospitalis & Monachi Cistercienis ordinis, quibus per chartæ suæ libertatem longe ante quietantiam indulserat omnium qui ad denarios pertinent, excepta justicia mortis & membrorum a modo quieti essent de hijs omnibus quæ (*r*) ad Denarios per singulos Comitatus pertinerent, adeo ut de cætero chartas suas ad Scaccarium deferre non cogrentur. Hoc enim regie pietatis decretivit auctoritas, ut sic semel Baronum consideratione de hijs omnibus expidirentur; ne qui ad frugem vitae melioris transierunt, & orationibus potius vacare tenentur, ad Scaccarium propter hoc cum chartis suis inutilem & tediosam moram facere compellantur. Consilio igitur & consideratione Baronum qui interfuerunt factum est Breve Regis (*s*) sub hoc tenore; Clamo quietos milites templi de quinque Marcis, quæ exiguntur ab hominibus (*t*) eorum pro defectu; & prohibeo ne a modo ab ipsis vel hominibus eorum vel terris aliquid exigitur vel capiatur, quod ad denarios pertineat.

Testibus his (*u*) ibi. Sic & fratribus hospitalis, & monachis predictis. Hujus autem (*w*) auctoritate mandati, a modo per singulos Comitatus de omnibus quæ ad denarios pertinent quieti erunt: Sic ut dicatur in Annali, In perdonis per breve Regis illud, scilicet cuius supra meminimus.

*D.* Satis intellexi quod dictum est. Nunc si placet, quid sit Scutagium (*x*) Murdrum vel Danegeldum (*y*) aperire non differas. Barbara quidem esse videntur; sed eo magis me sollicitant, quod ab hijs (*z*) dicis liberos esse Scaccarij ministros.

#### IX. Quid Scutagium, & quare sic dictum est.

*M.* Fit interdum, ut imminentे vel insurgente in Regnum hostium machinatione (*a*) decereat (*b*) Rex de singulis feodis Militum summam aliquam solvi, marcā scilicet vel libram unam; unde militibus sti-

- (*p*) L. R. Prioribus.
- (*q*) L. R. his.
- (*r*) L. R. qui.
- (*s*) L. R. breve Regis.
- (*t*) L. N. omnibus.
- (*u*) L. R. hijs.

- (*w*) L. R. deest autem.
- (*x*) L. R. Scutagium aperire.
- (*y*) L. R. Danegildum.
- (*z*) L. R. his.
- (*a*) L. R. machinatione vel insurgente.
- (*b*) L. R. deest decernat.

pendia vel donativa succedant. Mavult enim princeps stipendiarios, quam domesticos bellicis apponere casibus. Hæc itaq; summa, quia nomine Scutorum solvitur, Scutagium nuncupatur. Ab hoc (*c*) autem quieti (*cc*) sunt ad Scaccarium residentes.

X. Quid Murdrum, & quare sic dictum.

Porro Murdrum proprie dicatur mors alicujus occulta, cujus intersector ignoratur. Murdrum enim idem est quod absconditum vel occultum. In primitivo itaq; Regni statu post Conquisitionem, qui relieti fuerant de Anglicis subjectis in suspectam & exosim sibi Normannorum gentem latenter ponebant insidias, & passim ipsos in nemoribus & locis remotis, nocta opportunitate, clanculo jugulabant: in quorum ultione cum Reges & eorum ministri per aliquot annos exquisitis tormentorum generibus in Anglicos desævirent, nec tamen

(*c*) L. N. hac.

(*cc*) *Mili non est usquequaq; compertum, Barones & Justiciarios ad Scaccarium residentes a Scutagio immunes fuisse residentiæ privilegiæ. Huiuscenodi immunitatis exempla nusquam vidi, quantum scir. Ut cunq; memorab; hic implantiam ab argumento non penitus ait: que extat in magno Rotulo anni secundi R. Ricardi I. Ibi Galfridus filius Petri, tunc temporis residens ad Scaccarium, scribitur Regi obseratus in xlii l iij s iiiij d de Scutagio Walliæ: Galfridus filius Petri debet xlii l & iij s & iiiij d, de eodem Scutagio [sc. exercitus Walliæ]. In Perdonis, per Libertatem sedendi ad Scaccarium xlii l & iij s & iiiij d, Et Quictus est; Mag. Rot. 2. Ric. 1. Rot. 9. a. Essex & Hertf. Sed ista verba, In Perdonis & que sequuntur, cancellantur in Magno Rotulo; nonne linea sub iis ducta, ut erat illius feculi mos. Eademq; summa a Galfrido filio Petri exigitur in quilibet Magno Rotulo sequentium annorum Regis Ricardi I, usq; ad annum primum R. Johannis. In Rotulo anni primi R. Johannis, Galfridus illa absolvitur; non per Libertatem sedendi ad Scaccarium; sed quia terra pro qua summa illa exigebatur, fuit in manu Regis, non Galfridi, tempore quo Scutagium Walliæ erat irrigatum: Galfridus filius Petri debet xlii l & iij s & iiiij d, de eodem [sc. Scutagio Walliæ]. Sed consideratum est per Barones, quod non debet inde sum-*

moneri, Quia Terra fuit in manu Regis quando Scutagium illud adsum fuit; Mag. Rot. 1. Joh. Rot. 7. a. Essex & Hertf. Et quidem Galfridus filius Petri anni primo R. Johannis fuit Capitalis Angliae Justiciarius ac Scaccarij Praesidens; idesq; Scaccarij privilegiorum compos ut qui maxime. Similiter modo Henricus filius Geroldi Camerarius in Magno Rotulo anni secundi R. Ricardi I. memoratur Regi debuisse xxvj l ix s v d de antedicto Scutagio Walliæ: Henricus filius Geroldi Camerarius debet xxvj l & ix s & v d de eodem Scutagio; In Perdonis per Libertatem Scaccarij, eidem Henrico xxvj l & ix s & v d, Et Q. c.; Agag. Rot. 2. R. 1. Rot. 9. a. Essex & Hertf.: Et verba illa, In perdonis &c. hic etiam annullantur linea subtilis ducta: Quin & ista summa nomini Henrici continuo imponitur in sequentibus Magnis Rotulis R. Ricardi I: Tandemq; Warinus filius Geroldi heres Henrici anno primo R. Johannis a compluribus debitibus tam suis quam matris sue, interq; reliqua ab hoc Scutagio Walliæ absolutus renuntiatur virtute Brevis Regij: Warinus filius Geroldi re de summis illis, speciatim de hoc scutagio Walliæ; In thesauro nichil; Et in Perdonis ipsi Warino CC & viij maicæ & dimidia, per breve Regis, Et debet summon illam; Mag. Rot. 1. Joh. Rot. 16. b. Oxenefordscira. Et vid. Hist. Scac. Cap. 20. Sec. 7. ad finem; Kancia. De servicio Rogeri de Northwod.

sic

sic omnino desisterent, in hoc tandem devolutum est consilium, ut Centuriata quam Hundredum dicunt, in qua sic interfectus Normanus inveniebatur, quia quod (*d*) mortis ejus minister non extabat, nec per fugam, quis esset, patebat, in suminam grandeum argenti examinati, fisco condemnaretur, quedam scilicet in xxxvj, quædam in xlviij l (*e*), secundum locorum diversitatem & imperfectionis frequentiam; quod ideo factum dicunt, ut scilicet pena generaliter inficta prætereuntium indemnitatem (*f*) procuraret, & festinaret quisque tantum punire delictum, vel offerre judicio per quem tam enormis jactura totam lædebat viciniam. Ab horum, ut prædiximus, solutione sedentes ad Tabulam liberos noveras.

*D.* Nunquid pro murdro debet imputari clandestina mors Anglici sicut Normanni?

*M.* A prima institutione non debet, sicut audisti: sed jam cohabitibus Anglicis & Normannis, & alterutrum uxores ducentibus vel nubentibus, sic permixtæ sunt nationes, ut vix discerni possit hodie, de liberis loquor, quis Anglicus quis Normannus sit genere; exceptis duntaxat adscriptitijs qui Villani dicuntur, quibus non est liberum obstantibus dominis suis a sui status conditione discedere. Ea propter pene quicunque sic hodie (*g*) occiūs reperitur, ut Murdrum punitur exceptis his (*b*) quibus certa sunt ut diximus servilis conditionis indicia.

*D.* Miror singularis excellentiæ Principem & (*i*) acerrimæ virtutis hominem, in subiectam & sibi suspectam Anglorum gentem haec usum misericordia, ut non solum Colonos per quos agricultura posset exerceri indempnes (*k*) servaret; verum ipsis Regni majoribus fundos suos & amplias possessiones relinqueret.

*M.* Licet hæc ad suscepta negotia (*l*) quibus debitor factus sum non attinent, tamen quæ super hijs ab ipsis indigenis accepi, gratis exponam. Post Regni conquistationem, post justam Rebellium subversionem, cum Rex ipse Regisq; proceres loca nova perlustrarent, facta est inquisitio diligens, qui fuerunt qui contra Regem in bello dimicantes per fugam se salvaverint. His (*m*) omnibus & item hæreditibus eorum qui in bello occubuerunt, spes omnis terrarum & fundorum atq; reddituum quos ante possederant, præclusa eit: magnum namq; reputabant frui vita beneficio sub inimicis. Verum qui vocati

(*d*) L. R. *deest* quod.

(*e*) L. R. xxvij l.

(*f*) L. N. indemnitatem.

(*g*) L. R. odie.

(*h*) L. N. hijs.

(*i*) L. R. ac.

(*k*) L. R. indemnes.

(*l*) L. R. *deest* negotia.

(*m*) L. R. hijs.

ad bellum nec dum convenerant, vel familiaribus vel (*n*) quibuslibet necessarijs occupati negotijs non intersuerant, cum tractu temporis devotis obsequijs grati im dominorum possedissent sine spe successionis filij (*o*) tantum pro voluptate tamen dominorum possidere cœperunt. Succeedente vero tempore cum Dominis suis odiosi passim a possessiōnibus pellerentur, nec esset (*p*) qui ablata restitueret, communis Indigenarum ad Regem pervenit querimonia, quasi sic omnibus exosi & rebus spoliati ad alienigenas transfire cogerentur. Communicato tandem super his (*q*) confilio, decretum est, ut (*r*) quod a dominis suis exigentibus meritis interveniente pactione legitima poterant obtinere, illis inviolabili jure concederentur: cæterum autem nomine successionis a (*s*) temporibus subactæ gentis nihil sibi vendicarant. Quod quidem quam discreta consideratione cautum sit, manifestum est, præfertim cum sic modis omnibus ut sibi consulerent, de cætero studere tenerentur devotis obsequijs Dominorum suorum gratiam emercari. Sic igitur quisquis de gente subacta fundos vel aliquid hujusmodi posset, non quod ratione successionis deberi sibi videbatur, adeptus est; sed quod solummodo meritis suis exigentibus, vel aliqua pactione interveniente, obtinuit.

*D.* Quid sit Centuriata vel Hundredum non satis novi.

*M.* Sustine modicum; scies postea loco suo, hoc est in titulo de Libro judiciario. Nunc prosequamur de Danegeldo (*t*) & ut ratio nominis tibi constet, paulisper adverte.

### XI. Quid Danegildum, & quare sic dictum.

Insula nostra suis contenta bonis peregrinis non eget. Hanc igitur merito dixerunt priores, divitijsq; sinum (*u*) delicijsq; (*w*) Larem. Propter haec inumeras ab exteris injurias passa est; quia scriptum est; furem preciosa signata sollicitant. Circumiacentium enim insularum prædones irruptione facta maritima depopulantes, aurum argentum & quæque pretiosa tollebant. Verum cum Rex & Indigenæ bellicis apparatus instructi in suæ gentis defensionem instarent, illi fugas aggrediebantur aquoreas. Inter hos itaque pene precipua & semper prænict ad nocendum erat bellicosa illa & populosa gens Dacorum; qui præter communem raptorum avaritiam acrius imitabant, quia aliquid

(*n*) L. N. seu quibuslibet.

(*o*) L. R. sibi tantum.

(*p*) L. R. escent.

(*q*) L. R. hijs.

(*r*) L. R. deest ut.

(*s*) L. R. deest a.

(*t*) L. R. Danegildo.

(*u*) L. R. Divitijsq; suum.

(*w*) L. N. diligijq;

de antiquo jure in ejusdem regni dominatione vendicabant, sicut Britonum plenius narrat Historia. Ad hos igitur arcendos a Regibus Anglicis statutum est, ut de singulis hidis regni jure quodam perpetuo duo solidi argenti solverentur in usus virorum fortium, qui perlustrantes & jugiter excubantes maritima impetum hostium repremerent. Quia igitur principaliter pro Dacis institutus est hic redditus, Danegildum vel Danegildus (*x*) dicitur. Hic igitur annua Lege, sicut dictum est, sub Indigenis Regibus solvebatur, usque ad tempora Regis Willelmi primi de gente & genere Normannorum. Ipso namque regnante, tam Daci quam cæteri terræ marisq; prædones hostiles cohíebant incursus; scientes verum esse quod scriptum est; cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. Noverant autem etiam (*y*) quod acerrimæ virtutis homines impunitas non ferunt injurias. Cum ergo diu solvisset terra sub ejusdem Regis Imperio, noluit hoc ut annum solvi, quod fuerat urgente necessitate bellicæ tempestatis exactum, nec tamen omnino propter inopinatos casus dimitti. Raro igitur temporibus illius vel successorum ipsius solutus est: hoc est cum ab exteris gentibus bella vel opiniones bellorum insurgebant. Verum quoquaque tempore solvatur ab ipso liberi sunt qui assident ad Scaccarium sicut dictum est. Vicecomites quoq; licet inter Barones Scaccarij non computantur, ab hoc quieti sunt de dominijs suis, propter laboriosam ejusdem census collectam (*z*). Noveris autem dominica cuiuslibet hæc dici, quæ proprijs sumptibus vel liboribus excoluntur; & item quæ ab ascriptitijs suis suo nomine possidentur. Quia enim ascriptitiij de Regni jure non solum ab hijs quæ modo possident, ad alia loca a dominis suis transferri possunt: verum etiam ipsi quoq; licite venduntur vel quomodo libet distrahuntur; merito tam ipsi quæ terræ, quas excolunt ut dominis suis serviant, Dominii reputantur. Item fertur ab his quibus antiqua Scaccarij dignitas oculata fide pernotuit, quod Barones ejus ab Essartis Forestarum liberi sunt de Dominijs suis. Quibus & nos consentire videmur; adjecta determinatione, ut de hijs Essartis dicantur quieti, qui fuerant ante diem qua Rex illustris Henricus primus rebus humanis exemptus est. Si enim de omnibus quoquaque tempore factis vel faciendis quieti essent, liberum videretur Baronibus propter impunitatem nemora sua in quibus Regia foresta consilit, pro sui arbitrij voluntate succidere; quod nequam impune possunt, nisi precedente Regis consensu vel principalis Forestarij. Porro in necessarios etiam usus sue domus de proprijs

(*x*) L. N. Danegildum vel Danegeldus.(*z*) L. R. collatam.(*y*) L. R. dejet etiam.

nemoribus non assumant hij, qui in foresta sua habent Domicilia, nisi per viuum eorum qui i ad forestae custodiam deputantur. Verum sunt plures qui suis velint argumentis astruere, quod de Essartis hijs nullus liber sit ratione Sessionis ad Scaccarium. Si quis omnium illie residentium erga Principem quovis delinqueret intortunio, unde pecuniariter puniri mereretur, a pena illa liber non esset nisi speciali Principis mandato. Cum ergo Essartum factum excessus sit in forestam Regis, non debet, ut dicunt, is (a) qui sic delinquit & propter hoc punitur, nisi Regis expresso mandato liberari. Haec itaque ratio licet subtilis sit, & videatur aliquibus pene sufficiens, obviat tamen illi quod pena pro Essartis constituta sit & communis in illos, qui sic delinquunt; Ut scilicet pro Essarto jugeris unius triticei solidus unus solvatur; pro jugere vero quo scriitur avena, vj d (b) jure perpetuo. Ex hijs autem particulis coacta summa quedam exurget, de qua Vicecomes ad Scaccarium respondere tenetur; sicut ex constitutis duobus solidis vel uno per singulas hidias Comitatus summa una quæ communis assisa nuncupatur, excrescit. Quia igitur in hijs (c) expressam habet similitudinem Essartum cum Assisa communis, sicut dictum est, videri potuit non immerito similiter quietos habendos illos ab Essartis ut ab alijs communibus Assisis. Item obviat eis consuetudinis ususq; longavi non vilis auctoritas. Sic enim retroactis temporibus suffit commemorant quibus cana (d) memoria est. Vidi ego (e) ipse qui loquor tecum temporibus modernis Legrecestriae comitem Robertum, virum discretum, literis eruditum & in negotijs forensibus exercitatum. Hic ingenitam habens animi virtutem, paternæ quoque prudentiæ æmulator effectus est: cuius industria pluribus examinata est penes (f) Principem nostrum Henricum secundum, quem nec pailliata prudentia nec dissimulata fallit ineptia; ut (g) ex mandato ipsius non solum ad Scaccarium, verum etiam (h) per universum regnum Præsidentis dignitatem obtainuerit. Hic semel imminentे visitatione nemorum quam Reguardam vulgo dicunt, quæ tertio anno fit, Breve Regis obtainuit, ut quietus esset ab hijs quæ de terra ipsius pro Essartis exigebantur, apposito numero (i) qui de his exurgebat: quo delato & lecto ad Scaccarium in publico (k) stupebant omnes & mirabantur, dicentes; nonne Comes iste libertatem nostram infirmat? Contuentibus igitur se in-

(a) L. R. his.

(b) L. R. v d.

(c) L. R. defūt in hijs.

(d) L. R. fana.

(e) L. R. ergo ipse.

(f) L. N. plene est.

(g) L. R. Atq; adeo convaluit penes ejus, ut ex.

(h) L. R. deḡt etiam.

(i) L. R. apposito non qui.

(k) L. N. puplico.

vicem qui assidebant, exorsus est fælicis memoriae Nigellus tunc (l) Eliensis Episcopus, sic inquiens cum modestia: Domine Comes, irritam fecisse videris per hoc Breve Scaccarij dignitatem, qui mandatum Regis de hijs Rebus impetrasti, a quibus liber es per Sessionem Scaccarij: ac si consequenter amodo (m) per locum a majori debeat inferri; Qui de Essartis Breve Regis non obtinet, solutioni mox obnoxius fiat; sed salva reverentia, pernitosus est propter exemplum hic absolutionis modus. Cum igitur, ut sit in dubijs, quidam sic quidam aliter sentirent, allatus est in hujus rei validum argumentum, Rotulus annualis de tempore Regis (n) illius Magni ejus supra meminimus, sub quo plurimum floruisse dicitur dignitas, & scientia Scaccarij; & (o) inventum est aliquid, quod (p) Episcopo de dignitate residentium alleganti consonum videbatur: quibus auditis, paulisper deliberans secum (q) Comes, sic ait; Fateor me (r) super hijs rebus Breve Regis impetrasse; non ut jus vestrum infirmarem, sed ut sic sine molestia declinarem importunam nimis Regi tamen incognitam alaniorum (s) exactiōnem. Abdicans ergo Breve suum, per libertatem sessionis præelegit absolvī. Succedente tempore cum prædictus Episcopus infirmitate detentus adesse non posset, me ipso supplente ad Scaccarium vices (t) ipsius in quibus poteram, contigit Essarta solvi; cum ergo de dominio ejus exacta solverentur, questus sum in publicum allegans jus absolutionis. De communi ergo omnium consilio, & consideratione qua jam soluta fuerat, mihi restituta est summa, reservans autem, quæ de Dominio suo provenerant, ascriptitijs ejus quod de quolibet exactum fuerat cum integritate restitui, ut hujus rei testis esset superstes memoria.

D. Salva Reverentia, non exemplis sed rationibus in hijs utendum est.

M. Ita est; sed fit interdum, ut causæ rerum dictorumq; rationes occultæ sint, & tunc sufficit de his (u) exempla (w) subcere, præfertim de viris prudentibus sumpta, quorum opera circumspecta sunt & sine ratione non fiunt. Verum quicquid super his (x) dixerimus allegantes pro hac libertate vel contra eam, certum habeas quod nihil in hac parte certum dicimus, nisi quod principis auctoritas decreverit observandum. Sane Foretarum ratio, pena quoq; vel absolutio de-

(l) L. R. deest tunc.

(m) L. R. deest amodo.

(n) L. R. deest validum argumentum  
Rotulis ac maliis de tempore Regis.

(o) L. R. deest &.

(p) L. R. deest quod.

(q) L. R. secum deliberans.

(r) L. R. deest me.

(s) Persan errore scribit, pro alijs non  
aut similis vocula.

(t) L. P. deest vices.

(u) L. R. hijs.

(w) L. N. emempla.

(x) L. R. hijs.

In primitum in eis, sive pecunia sacerit sive corporalis, seorsum ab alijs Regni iudicij, feceruntur, & soli Regis arbitrio vel cuiuslibet familiari ad hoc specialiter deputati subicitur. Legibus quidem proprijs subsistit; quas non communi Regni jure, sed voluntaria principium institutione submixas dicunt; adeo ut quod per legem ejus factum fuerit, non justum abiuste, sed justum secundum legem Forestæ dicatur. In forestis etiam penetralia Regum sunt, & eorum maximæ deliciae; ad has enim Venandi causa curis quandoq; depositis accedunt, ut modica quiete recracentur (*y*). Illic serujs simul, & innatis Curiæ tumultibus omisis, in naturalis libertatis gratiam paulisper respirant; unde sit, ut delinquentes in eam soli Regiæ subjaceant animadversioni.

*D.* Ab ungue primo didici, quod prave prudentis est ignorantiam pati malle, quam dictorum causis inquirere; ut ergo de predictis plenius constet, aperire non differas quid Foresta sit, & quid Effartum.

### XII. Quid Regis Foresta, & quæ ratio hujus nominis.

*M.* Foresta Regis est tuta ferarum mansio; non quarumlibet sed silvetrium; non quibuslibet in locis sed certis & ad hoc idoneis; unde foresti dicuntur, e mutata in *o*, quasi Feresa, hoc est ferarum statio.

*D.* Nunquid in singulis Comitatibus Foresta Regis est?

*M.* Non; Sed in nemorosis, ubi & ferarum latibula sint & uberrima palea: nec intereat cuius sint nemora, sive sint Regis, sive regni procerum, liberos tamen & indempnes (*x*) habent feræ circumquaque discursus.

### XIII. Quid Effartum, & quare sic dictum.

Effarta vero vulgo dicuntur, quæ apud Isidorum (*a*) occasiones (*b*) nominantur; quando scilicet forestæ nemora vel dumeta quælibet paucis & latibus opportuna (*c*) succiduntur; quibus succisis, & radicibus avulsi terra subvertitur & excolitur. Quod si nemora sic excisa sint, ut subsistens quis in vix extante succisa quercis vel alterius arboris rupite, circumspiciens V succisas viderit, vastum reputant, hoc est, vastatum per Syncopen sic dictum. Excessas autem talis etiam in proprijs cuiusq; nemoribus factus, adeo gravis dicitur, ut nunquam

(*y*) L. N. recentur.

(*z*) L. R. indemnes.

(*a*) L. N. Ysidorum.

(*b*) L. N. occasiones.

(*c*) L. N. oportuna.

inde per sessionem Scaccarij liberari debeat; sed magis juxta sui status possibilitatem pecuniariter puniri. Hactenus de dignitatibus residentium ad Scaccarium, quod brevitas succincta permisit, & menti meæ repente se obtulit, utcunq; figuraliter exposui. Cæterum Regum munificentia terminum in hijs quem non transgrediatur non constituti; proni etiam sunt omnes propter gratiam sibi creditam in suæ dignitatis gloriani promovenda, qui recte (*d*) sapiunt: at ille maxime mundanorum Principum maximus illustris Anglorum Rex Henricus secundus in augendis dignitatibus sibi militantium semper aspirat; sciens pro certo, quod indulta suis beneficia nominis sui gloriam immortalis famæ titulis emercantur. Nunc igitur ad alia currentem calamum convertamus.

*D.* Consequens est, ni fallor; sicut ex prædictis videor comperisse, ut de Regis sigillo, & (*e*) Libro Judicario prosequaris, quorum pri-  
mum si bene memini in thesauro servatur (*f*) & inde non recedit.

*M.* Imo & utrumque, sed & pleraque alia.

#### XIV. Quod Thesaurus interdum ipsa pecunia, interdum locus in quo servatur.

Noveris autem Thesaurum quandoq; dici pecuniam ipsam numeratam; vasæ diversi generis aurea vel argentea, ac vestimentorum mutatoria. Secundum hanc acceptiōem dicitur, Ubi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum. Dicitur enim Thesaurus locus in quo reponitur, unde Thesaurus auri Thesis id est (*g*) positio nominatur (*b*); ut nunc incongrue respondeatur quaerenti de quolibet ubi sit, in Thesauro est, hoc est, ubi Thesaurus reponitur. Numerata quidem pecunia vel alia prædicta semel in tuto loco deposita non effertur, nisi cum ex Regis mandato in necessarios usus distribuenda sibi mittantur. Verum plura sunt in repositorio archis thesauri, quæ circumferuntur, & includuntur & custodiuntur a Thesaurario & Camerarijs, sicut supra plenius ostensum est: qualia sunt Sigillum Regis de quo queris, liber Judicarius, Rotulus qui exætorius dicitur, quem quidem nominant Breve de firmis. Item magni annale, compotorum Rotuli, privilegiorum (*i*) numero multitudine, receptum recauta ac Rotuli receptarum, ac Brevia Regis de exitu thesauri, & pleraque alia quæ conſidente Scaccario cotidianis usibus nec saria sunt.

(*d*) L. R. hij præfertim qui recte.

(*e*) L. R. deest &.

(*f*) L. R. servabatur.

(*g*) L. R. defuit id est.

(*b*) Danda est factori via singenti Thesaurum dici quasi Thesis auri.

(*i*) L. N. privilegiorum.

## XV. Qui sit usus Sigilli Regij quod est in Thesauro.

Usus Sigilli Regij qualis esse debeat ex præmissis constare potest: hoc enim factæ summonitiones & alia pertinentia duntaxat ad Scaccarium Regis mandati signantur; nec effertur alias; sed sicut supra dictum est, a Cancellario custoditur per Vicarium. Expressam autem habet imaginem & inscriptionem cum deambulatorio Curiæ sigillo, ut par cognoscatur utrobiq; jubentis auctoritas, & reus similiter judicetur pro hoc & pro illo, qui secus egerit. Porro liber ille de quo quæris sigilli Regij comes est individuus in Thesauro. Hujus institutionis causam ab Henrico quondam Wintoniensi Episcopo sic accepi.

## XVI. Quid Liber Judicarius, &amp; ad quid compostus.

Cum insignis ille subactor Angliae Rex Willelmus ejusdem Pontificis sanguine propinquus, ulteriores Insulæ fines suo subjugasset imperio, & rebellium mentes terribilium perdomuisse exemplis; ne libera de cætero daretur erroris facultas, decrevit subiectum sibi populum juri scripto Legibusq; subicere. Propositis igitur (*k*) Legibus Anglicanis secundum tripartitam (*l*) carum distinctionem, hoc est Merchenelage (*m*), Denelage (*n*), Westsaxenelage, quædam reprobavit, quasdam autem approbans, illis transmarinas Neutriæ (*o*) leges, quæ ad Regni pacem tuendam efficacissime videbantur, adjecit. Demum ne quid deesse videretur (*p*) ad omnem totius providentiae summam communicato consilio, discretissimos a latere suo destinavit viros per Regnum in circuitu. Ab hijs (*q*) itaq; totius terræ descriptio diligens facta est, tam in nemoribus, quam pascuis & pratis, nec non & agriculturis, & verbis communibus annotata in librum redacta est; ut videlicet quilibet jure suo contentus, alienum non usurpet impune. Fit autem descriptio per Comitatus, per Centuriatas, & per Hidas (*r*), prænotato in ipso capite Regis nomine, ac deinde seriatim aliorum procerum nominibus appositis secundum status sui dignitatem, qui videlicet de Rege tenent in Capite. Apponuntur autem singulis numeri secundum ordinem sic dispositis, per quos inferius in ipsa libri serie, quæ ad eos pertinent, facilius occurrunt (*s*). Hic liber ab indigenis Domesdei (*t*) nuncu-

(*k*) L. R. deest igitur.

(*p*) L. N. videtur.

(*l*) I. N. tripartitam.

(*q*) L. R. his.

(*m*) L. N. Merchenlage.

(*r*) L. N. & Hidas.

(*n*) L. R. deest Denelage.

(*s*) L. R. occurrant.

(*o*) Legendum Neutriæ.

(*t*) L. R. Domesdai.

patur, id est, dies judicij per Metaphoram (*u*) ; Sicut enim districti & terribilis examinis illius novissimi sententia nulla tergiversationis arte valet eludi : Sic (*w*) cum orta fuerit in regno contentio de his (*x*) rebus quæ (*y*) illic annotantur ; cum ventum fuerit ad Librum, sententia ejus infatuari non potest vel impune declinari. Ob hoc nos eundem librum Judiciarum nominavimus ; non (*z*) quod in eo de propositis aliquibus dubijs seratur sententia ; sed quod ab eo sicut a prædicto iudicio non licet ulla ratione discedere.

*D.* Quid Comitus, quid Centuriata, vel quid sit Hida, si placet ediscere ; alioquin plana non erunt quæ premissa sunt.

**XVII. Quid Hida, quid Centuriata, quid Comitus, secundum Vulgarem Opinionem.**

*M.* Ruricolæ melius hoc norunt ; verum (*a*) sicut ab ipsis acceperimus, Hida a primitiva institutione ex centum acris constat : Hundredus vero ex Hydarum aliquot centenarijs, sed non determinatis ; quidam enim ex pluribus, quidam (*b*) ex paucioribus Hidis constat. Hinc hundredum in veteribus Regum Anglorum privilegijs centuriatam nominari frequenter inventies. Comitus autem eadem lege ex hundredis constant (*c*), hoc est quidam ex pluribus quidam ex paucioribus, secundum quod divisa est Terra per viros discretos. Comitus igitur a Comite dicitur, vel Comes a Comitatu. Comes autem est qui tertiam portionem eorum quæ de placitis proveniunt in quolibet Comitatu (*d*) percipit. Summa namq; illa quæ nomine firmæ requiritur a Vicecomite, tota non exurgit (*e*) ex funderum redditibus, sed ex magna parte de placitis provenit ; & horum tertiam partem Comes percipit ; qui ideo sic dici dicitur, quia fisco socius est & comes in percipiendis. Porro Vicecomes dicitur (*ee*), quia vicem Comitis suppletat

(*u*) L. N. Metaphoram.

(*w*) L. R. de gl. Sic.

(*x*) L. R. h̄ijs.

(*y*) L. R. de gl. que.

(*z*) L. R. de gl. ion.

(*a*) L. R. veruntamen sicut.

(*b*) L. N. quædam.

(*c*) L. R. constat.

(*d*) L. N. Comitatu quoilibet.

(*e*) L. R. exivit.

(*ee*) Vicecomes dicebatur, eo quod vice Comitis gerebat. Quo autem finj. sive respectu gerebat, id quidam dubium est. Eni-

ditus Dialogi auctor hic dicit, Vicecomitem Comitis vices supplere in placitis illis in quib; Comes ratione dignitatis suæ [eari Rege] participat ; & inde Vicecomitus nomen suum p̄ innuit. Num e recentioribus p̄eriq; j. ac sunt. Sed fas est rem deme perpondere. Prefecto verum est, Vicecomitem placita Comitatibus cuius erat Vicecomes tenere possum. Tertium autem illa placita vice videlicet Comitatu. Precedentibus vice Regis ; ipsa h̄a nō sicut placita curam & custodiam fecit a Rege, sed Comitatu. Etenim in Anglia Vicecomes nō sicut erat Regis, nequequam Comitis. Eni- 155

suppleat in placitis illis, quibus Comes ex suæ dignitatis ratione participat.

D. Nun-

ct, Tertium denarium placitorum Comitatus, Comiti tum cum crearetur Comes, a Rege cuncti filii sum; Qui Tertius denarius a monasteriis usitatæ vacatus est Arglice Creation-money. Participatio autem Comes ratione dignitatis suæ in placitis Comitatus cum Rege, ut C. ex iste licet invictus Dubitz. Una duntur et inplantia mibi in veteribus membranis, ruantur memini, occurrit, in qua Tertius denarius Comitis dicitur pars sua Comitatus. Ea inplantia est in persona Comitis Patricij; Et sic se batet Wiltefira. Comes Patricius re de xxxvij l & ix s & iij d Bl. de veteri firma: Comiti Patricio xxij l & xvij s & vij d de parte sua Comitatus, numero: Et in iesperitu per Regem hoc anno, per Wainum filium Geroldi, xvij l Bl. Et habet de superplus xxij s & vij d Bl. Et idem Vicecomes re de Nova firma: In thesauro &c. Et in tertio denario Comitatus Comiti Patricio, xxij l & xvij s & vij d per breve Regis —. Mag. Rot. 3. Hen. 2. Rot. 3. a. Quid hinc sequitur? Comes sane ceterus cum Rege participare dicatur, quatenus in partem unam placitorum Comitatus non per Tertiam batet, & Rex aliam, scilicet duas Tertias; participat, inquam; sed forsan non ratione Dignitatis suæ. Plane enim largitissime Regia Tertius denarius Comiti obtigit: ideoque interdum appellatur Annuum feodium Comitatus; tanquam si esset drariorum ex gratia Regis. De hoc vide, si placet, Historiam Sacrae, cap. 23. Sec. 2. ad annum 13. E. 1, Et Isabellæ sorori; ac itidem ad ann. 26. E. 1, Petilio Huzonis de Courteney. Et quidem ex eo quod Tertius denarius Vicecomitis manu Comiti solitus fuit, non est quod illum bujas substitutum credamus. Quinetiam meminisse eportet, aliquantes eundem fidem, si Regi visum, Comitatus & Comitem & Vicecomitem. Verbi gratia. Anno 2<sup>o</sup> R. Henrici II, Ricardus Comes Devonie fuit ejusdem Comitatus Vicecomes Regis: Ricardus Comes re de firma de Devonfira. Mag. Rot. 2. H. 2. Rot. 10. a. Anno 4<sup>o</sup> ac etiam 5<sup>o</sup> R. Henrici II, Patricius Comes Sarreberiae five Wiltefira fuit Vicecomes seu Regis Firmarius Wiltefira: Comes Patricius reddit compotum

de firma de Wiltefira. — Et in tertio denario Comitatus Comiti Patricio, xxij l & xvij s & vij d; Mag. Rot. 4. H. 2. Rot. 2. a. Comes Patricius re de firma de Wiltefira. — Et in tertio denario Comitatus Comiti Patricio, xxij l & xvij s & vij d; Mag. Rot. 5. H. 2. Rot. 6. a. Anno quarto & quinto R. Ricardi I, Galfridus filius Petri Comes Essexie fuit Vicecomes Essexie & Hurtfordsciræ, priorij; duorum Comitatum Tertio denario potitus est: Galfridus filius Petri, Ricardus de Heret pro eo, reddit compotum de xlvi l & iij s & vij d Bl. de Vete: in firma de Essexia & de Hurtfordsefira: In thesauro liberavit, Et Quietus est: Et idem de Nova firma: In thesauro summam illam; — Et Galfrido filio Petri xii l & x s & x d numero, in tertio denario Comitatus; Et ipsi Vicecomes xvij l & xij s & xij d in Villa de Hurtford, pro custodia Castelli de Hurtford, &c. Mag. Rot. 4. R. 1. Rot. 1. a. Mag. Rot. 5. R. 1. Rot. 1. a. m. 1. tit. Essexia & Hurtfordsefira in totidem verbis. Anno octavo R. Ricardi I, Willelmus Comes Sarreberiae fuit Vicecomes Regius Wiltefira: Willelmus Comes Sarreberiae], Tomas filius Willelmi pro eo, reddit compotum de firma de Wiltefira: In thesauro summam illam &c. Mag. Rot. 8. R. 1. Rot. 2. a. Anno nono R. Henrici III, Willelmus de Warennæ Comes Surreia fuit illius Comitatus Vicecomes: Willelmus de Warennæ Comes Surreia, Willelmus de Mara ut Custos pro eo, reddit compotum de C & Lxxijij l & viij s Bl. de firma Comitatus; Mag. Rot. 9. H. 3. Rot. 3. a. m. 1. Surreia: Idemque anno decimo: Willelmus de Warennæ Comes Surreia, Willelmus de Mara ut Custos pro eo, reddit compotum de C & Lxxijij l & viij s Bl. de firma Comitatus; Mag. Rot. 10. H. 3. Rot. 3. a. m. 1. a. Surreia. Anno undecimo (alijs amis) R. Henrici III, Hubertus de Burgo Comes Kantiæ fuit illius Comitatus Vicecomes: Hubertus de Burgo, Willelmus Brito ut Custos pro eo, reddit compotum de summa illa, de firma Comitatus: — Et H. de Burgo Comiti Kantiæ L l, de tertio denario Comitatus, per breve Regis; Mag. Rot. 11. H. 3.

D. Nunquid ex singulis Comitatibus Comites ista percipiunt?

M. (S)

*H. 3. Rot. — a. m. 1. tit. Kantia. Anno 52° & 53° R. Henrici III, Edwardus filius Regis primogenitus (panis post annis Rex Anglia) fuit Vicecomes Comitatum Buckinghamia & Bedefordie. Edwardus filius Regis Primogenitus, Bartholomaeus le Joevene subvicecomes fuis pro eo, reddit comitatum de CCC Lxxix l xix s xj d Bl, & de Cxiiij l numero de firma Comitatum: Et de [seisdem summis] de eadem, de anno praeterito; Mag. Rot. 53. H. 3. Bk. & Bk. m. 1. b. Non est autem, opinor, quo l credamus Dominum Edwardum heredem Coronæ Angliae (ut vocamus) apparentem cuiusvis Comitis substitutum fuisse. Huc etiam referri possunt Vicecomites in feodo sive Hereditarij. Quorum singulis non est immundandum. Ex his similibusq; instantiis credibile videatur, Vicecomitem fuisse Regis, non Comitis, Vicarium. Mitto autem de Comite ulterius loqui. At Vicecomitem reales; de ipsis nomine & officio pauca dicturus.*

Quas vocabuli, Vicecomes, explicationes afferunt Gloffaristæ omnes hic recensere. Ipsos Lector si placuerit per otium consulat. Libet hic de ea re conjecturam subiungere, quam nostrum nemo hadenus quod sciam proposuit; Lectoris tamen judicio permittendam. Dicitur igitur Vicecomes, eo quod vice surgitur Comitis, id est Principis. Notandum in primis est, quod nonnullarum regionum supremi Rectores antiquitus erant Comites, sicut Angliae antiquitus bretie; Reges: Normanniae cum complurimis aliarum regionum Principes, Comitum subinde ac Ducum subinde titulus insigniti erant; uti in illarum regionum historiæ veteri videre est. Ab illis Comitibus, ad quasdam regionis sue provincias tuendas regundaque, ab antiquis instituti officiariis magna potestate donati; qui quoniam Comitem id est Principem suum in sua quisq; provincia representabant, ejusq; vices gerebant, Vicecomites dicti. Hanc explicationem quasi disertis verbis supportant Annalium Flandrenium scriptores. Illi testantur Flandriae Principes antiquis institutis nonnulla officia hereditaria, feudisq; annexissis; Quedam scilicet ad pera-

genda servitia hic inferius memorata; & quedam ad iustitiam subditis ministrandam; Quod genus erat Vicecomitum; qui ita dicitur quod illis Comites [sive Principes] in Burgi, arcibusq; moderandis vices suas permiserant, ipsis insuper privilegijs ac festis, quales erant Castellorum &c. additis. Verba ista ex Annib[us] Belgicis hic reponam: Curiae Feudales Comitis [Flandriae]. Vetus Bur- gam Gantense, Burgum Brugense &c. Castellum Dicencis, Curtracente &c. Pier- ron sive Puteal Aloftaum &c. Domus Teneramunda &c. Sala Ypresis, Insula. Territorium Wasum. Curia Harlebecana, Tiletana, Balliolana. — Burgum sive wiciorum turrim instructam Greci vocant. — Enimvero feidis annexa officia ut ad heredes transferrentur o in Flandriae Principes (ancequam in Burgundia Austriaeque nomen concedere) insituerunt: Quedam ad jus cuiusq; suum reddendum designata. Hic inter alios comprehenduntur Vicecomites: hoc est, quibus Comites in burgo- rum arciumve moderamine vices suas additis privilegijs atq; commodis permittebant. Unde etiam Castellani dicebantur. Alia ad rationes redditusq; principis donatios — . Quedam ad servitia domestica — . Alia ad rem militarem. Huc pertinet Consta- bilius. Ad praecedentia reducitur Ham- rillus in *Saxo-Romanus* — atq; Marscaleus &c. Adriani Barlandi & aliorum De rebus Belgij memorabil. p. 77. Neq; vero in Flandria solum, sed in alijs etiam regionibus, præta in Normannia &c. eodem sere modo se res habuit: quod scilicet Vicecomes Comitis seu Principis vices gestit. Addo, quod Vicecomitis quam supra ex Barlando p[ro]p[ter]e descriptis al amissim conuenit antiqui apud Anglos Vicecomitis officia, quale post Conquestum Normannicum fuit: nam Vicecomiti Anglois, ex antiquo more non Comitatus tantum custodia, sed & juris dicundi & castella Regia tutam in cura a Rege committi solita; sicut in praecedenti historia mea compluribus exemplis illustratum est. Similis etiam fuit in Normannia mos. Ibi quidam Justices erant qui Viceco-

M. (f) Nequaquam : sed hiij tantum ista percipiunt, quibus Regum munificentia obsequij praestiti, vel eximiae probitatis intuitu Comites ibi creat, & ratione dignitatis illius haec conferenda decernit, quibusdam hereditarie quibusdam personaliter.

### XVIII. Quid Rotulus Exactorius ?

Rotulus exactorius ille est, in quo distincte satis & diligenter annotantur firmæ Regis, quæ ex singulis Comitatibus exurgunt, cuius summa minui quidem non potest, sed per operosam Justiciarij (g) diligentiam frequenter augetur. Reliquorum (h) ratio, scilicet Anna-

mites dicebantur, testante Duarenio : — quem [scil. Judicem] etiam vocat Comitem ; quod nomen est Officij : H. ne Vicecomitis nominatur ; & in Normandia quidam Judices adhuc Vicecomites dicuntur ; Duaren. in Conjectuld. Feud. c. 20. Sect. 3. Quod ad Anglos ; Vicecomitis officium (quale nimis um post Conquestum fuit) a Normannis in Angliam invictum arbitror : nomine Vicecomitis unus cum ipso officio a Comitum dominijs ad Regum facile translatu. Temporibus sane Anglosaxonis ea regionis apud Anglos divisæ dicta erat Scire seu Scira, quæ postmodum Anglonormannis, Comitatus. Fuitq; apud Anglosaxonos officialis Scire-gerefa dictus seu Sciræ praefectus aut praesctus Regius ; cui scilicet Rex Sciræ custodiad vel praefecturam commisit. Iti quodammodo successit post Conquestum Vicecomes ; at potestate, nisi fallor, & officij genere longe diverso ; sicut ex utriusq; officij comparatione liquere poterit. Mutato tamen officio, remansit antiquum nomen Shireve, finali; tecum obtinuit Normanicum nomen Vicecomes.

Jurabit hic pecula profari de modo Vicecomitis constituerendi ; eoz potius propter ea, quædam auctores minus recte de ea re scripsierunt. Post Conquestum Normanicum Vicecomites Comitatum a Rege pro suo arbitrio constituti : Quidam ad quartam anni partem, quidam ad semiannum ; alij (idque usitatisme) ad annum unum, alij de anno in annum ad annos simul compluseculs, quin & alij nonnulli ( si Regi placuerit) jure hereditarie. Item alijs com-

missi sunt Comitatus tanquam Firmarij, alij tanquam Custodibus sive (ut videntur) Appratoibus. Singuli autem Regi immediate subiecti ac respondentes erant. Nec mirum ; nam Regionum proutuum principales Collectorès, Justiciarij Regis Itinerantes ad placita terminanda, tallagia assidenda &c, simuq; Castrorum Regis Custodes, & Maneriorum ejus Curatores, sive consueverunt esse in suis quicq; Comitatibus. Quare falsus nubi videtur doctissimus H. Spelmanus, inquiens (in Glossario, ad vocem, Vicecomes, p. 555, col. 1.) Vicecomites antiquitus eligi solitos a Liberis hominibus in Curia Comitatus, haud seors ac bodie solent Milites Parliamentarij. Nam plane res longe aliter comparata fuit post Conquestum Normanicum. A quo tempore, Vicecomites Comitatum universos a Rege solo constitutos agnivimus ; nisi si quibus Regia gratia indulsum fuit, ut suis ipsi Vicecomites eligerent sicut in Londonia fiebat. Hec fere mzdz constituebantur Vicecomites Comitatum, donec statutis quibusdam (puta, statutis Lincolnie anni noni R. Edwardi II, ac statutis anni 14 R. Edwardi III, cap. 7, & anni 12 R. Ricardi II, cap. 2.) decerneretur eos a Consiliarijs Regis nominatos fore ad Seaccarium in Craftino Animarum quovis anno ; a Rege ipso postmodum eligendos ac constituendos. Quis mos bodieg; permanet.

(f) L. N. deej M.

(g) L. R. Justiciariorum.

(h) L. N. Relicorum.

lium Rotulorum, & aliorum quorum supra meminimus, quæ in Thefauro sunt & inde non recedunt, ex prædictis satis liquet. Restat igitur ut ad majores & magis necessarias institutiones Scaccarij convertamur, in quibus ut prædictum est excellentior est & utilior & a pluribus remotior Scaccarij scientia.

Explicit liber Primus..

F f f 2

Incipiunt

## Incipiunt Capitula Secundi Libri.

- I. Ex quibus & qualiter & ad quid sunt Summonitiones.  
 II. Quae sit differentia Summonitionum utriusq; Termini.  
 III. De agendis Vicecomitis multipliciter.  
 IV. Quibus de causis absentia Vicecomitis valeat excusari.  
 V. Quid sit quosdam fundos dari Bl[ancos] quosdam numero.  
 VI. Quae sunt (i) Vicecomiti computanda. Elementinae (k) scilicet, Decimae, Liberationes utriusq; generis, & Terrae date.  
 VII. Quae sunt (l) per solam consuetudinem Scaccarij Vicecomiti computanda, hoc est sine brevi.  
 VIII. Quo ordine computanda sunt Vicecomiti que in operibus missa sunt per breve Regis numero non determinans.  
 IX. Quod non absolvitur quis (m) per breve Regis numerum non habens (n), etiam si causam determinet.  
 X. De excidentibus & occupatis, que (o) usitatius dicimus de Purpresturis & Escaetis.  
 XI. De censu nemorum, qualiter de his compoti fieri debeant.  
 XII. De Placitis & Conventionibus quo ordine de hijs (p) compoti fiant cum exacta solvuntur.  
 XIII. De distinctione (q) personarum que solvendo non sunt; de quibus autem Vicecomitis fides (r) offertur, & sub quo tenore Verborum detur.  
 XIV. Quae Catella debitorum vendenda sint (s) cum ipsis non solvunt, & quis in vendendis ordo sit observandus.  
 XV. Quod Vicecomes a Debitoribus debitoris illius qui Regis non solvit debita, Regis summam prius suscipiat.  
 XVI. Quod Vicecomes a fundis ejus, qui non solvit, quod requiritur percipiet, etiam si eisdem, ex quo Regi teneri caput quomodolibet alienaverit (t).  
 XVII. Quod non licet Vicecomiti debitam sibi pecuniam a non solventibus suscipere, & quid sit agendum si forte suscepit.

(i) L. N. sit.

(k) L. R. de /t Elemosinae.

(l) L. N. sit.

(m) L. N. quis autem debet.

(n) L. N. habente,

(o) L. N. quod.

(p) L. R. his.

(q) L. R. destinatione.

(r) L. R. de quibus a Vicecomite fides,

(s) L. R. sunt.

(t) L. R. alienavit.

XVIII. Qua-

- XVIII. Qualiter vir pro uxore, vel uxor pro viro convenienda, cum ille vel illa solvendo non est.
- XIX. Quod non sit idem modus coercionis Baronum Regis (*u*) & aliorum in pœnisi pecuniarijs.
- XX. Quid faciendum, cum Oeconomus (*w*), qui fidem dedit de satisfaciendo, non comparat.
- XXI. Quid cum veniens non satisfacit, si Miles est, & quid si non Miles.
- XXII. Qualiter ipse Dominus puniendus est qui sponte Militem exposuit ut possit (*x*) interim liberari.
- XXIII. Quid de sponte offerentibus faciendum, cum & ipsi non solvunt.
- XXIV. Quid de Relevijs (*y*) sponte non solutis (*z*).
- XXV. Quid de avibus ablatis faciendum, & quo tempore summonendæ.
- XXVI. De auro Reginæ.
- XXVII. Quod aliter de firmis, aliter de custodijs respondendum, & sub alio tenore fides danda.
- XXVIII. Quod fides Vicecomitis semel data (*a*) de legitimo compoto sufficiat per universum.

## Incipit Liber Secundus.

**A**UDI me, frater, & auribus audiendi percipe quæ loquor tibi. Non pœnitabit te modicum tempus creptum otijis impendere velle negotijs. Sunt enim nonnulli, qui non (*b*) erubescunt dicere in cordibus suis, qui apponit scientiam, apponit & dolorem Hijs onerosa (*c*) est doctrina & jocundum decipere. Propter hoc ab hijs longe facta est veritas, qui metuentes jocundum disciplinæ laborem incident in errorem. Fiunt igitur cæci corde, viarumq; pericula non videntes pronis gressibus in præcipitum ruunt. Verum te, frater, nullus dies otiosum inveniat; ne (*d*) te forte vacantem (*e*) pessimis quibusq; subjiciat (*f*) pronior in malum infirmitatis humanæ conditio. Quod si forte tibi nulla sunt (*g*) honesta tamen finge negotia; ut semper exercitatus animus expeditior sit ad doctrinam. Hijs igitur

- (*u*) L. R. Regis Baronum.  
 (*w*) L. N. Economus.  
 (*x*) L. R. dejunt ut possit.  
 (*y*) L. N. Relevio.  
 (*z*) L. N. soluto.  
 (*a*) L. R. data est.

- (*b*) L. N. degl non.  
 (*c*) L. N. onerosa.  
 (*d*) L. N. nec te.  
 (*e*) L. N. vocantem.  
 (*f*) L. N. subiciat.  
 (*g*) L. R. fint.

negotijs

negotijis in quæ nos impegiſti paulisper attende; non ut ex eis magnos <sup>(b)</sup> laboris metas fructus, sed tantum ne [ſis] otiosus.

D. Vercor ne instantis noctis crepusculum præcipitem imponat finem negotijis, & omiūlis pluribus necessarijs accelerēs, ut careas importunitate querentis.

M. Imo ego magis veritus sum, ne te post longa silentia, propter agreitatem ſtūn, diu suppressus cachinnus ſuccuteret, vel forte tacitus tecum pertraſtalleſ, qualiter ſine noſtra moleſtia ab hiſ (*i*) avelli poſſes, ad quæ nos coegiſti. Ob hoc fateor me finem intempeſtivum pene p. ſuſile dicendis: ſed tamen cum dociliſ ſis & in te nondum tepuerit attentionis industria (*k*) coepto ferar itinere. Ut igitur diſpoſitæ rationis ordini fatisfiat, de ſummonitionib⁹ primo loco dicendum eſt: ex quibus ſcilicet & qualiter, & ad quid fiant. Atq; ut de hiſ tibi plenius conſtet, ſit trium præmonſtrandorum, primo, priuſ, ultimum, hoc eſt, ad quid fiant.

*Fiunt autem ſummonitiones, ut Scaccarium fiat.*

Præcedente namque brevi ſummonitioniſ, quod Regiæ auſtoritatis (*l*) ſignatur imagine, convocantur ad locum nominatum qui necessarij ſunt; nec enim neceſſe habent accedere, niſi ſummonitione præmiſia. Accedunt autem quidam ut ſedeant & judicent (*m*), quidam ut ſolvant & judicentur. Sedent & judicant ex officio vel ex principiſ mandato Barones quorum ſupra meminimus. Solvunt autem & judicantur Vicecomites & alij plures in regno, quorum quidam voluntarij oblationib⁹ quidam necessarij ſolutionib⁹ obnoxij ſunt, de quibus infra plenius dicemus in agendis Vicecomitiſ. Horum itaq; cum per omnes Comitatus numeroſa fit multitudo, oportet in iſpa citatione emiſſa de ſingulis feriatim exprimi, quantum in instanti termino ſolvi debeat, adiecta etiam cauſa; ut ſi (*n*) dicatur, de illo habeas hanc vel illam ſummam (*o*), propter hanc vel hanc cauſam. Quod ſi autem reſidente ad compotum Vicecomite, requiratur aliiquid de quoviſ debitore qui ſit in Comitatu ſuo, de quo tamen in ſummonitione nulla fuit (*p*) mentio, non tenebitur respondere; ſed magis excuſabitur; quia non præceſſit hujus rei ſummonitio. Ad

(*b*) L. N. magni.

(*i*) L. R. hijs.

(*k*) L. N. attentionis materia.

(*l*) L. N. auſtoritas.

(*m*) L. R. ut ſed judicent.

(*n*) L. N. ut ſit.

(*o*) L. N. deęſt ſummam.

(*p*) L. N. nullam fiat.

hoc ergo summonitiones fiunt (*q*), ut firmæ Regis & debita multiplicitate requirenda fisco proveniant. Verum sunt aliqua, quæ per manum Vicecomitis provenire necesse est, etiamsi nulla de his (*r*) summonitio fiat; sed (*s*) hæc magis casualia sunt quam constituta vel certa, sicut ex consequentibus liquebit.

*Qualiter Summonitiones fiunt.*

Qualiter autem vel quo ordine fiunt, primo dicendum est, ac demum ex quibus. Noveris autem (*t*) quod soluto Scaccario termini illius quo fiunt summonitiones, excipiuntur a clericis Thesaurarij debita Regis per singulos Comitatus a Magno Rotulo illius anni, & in brevioribus annotantur, simul (*u*) cum causis, quo facto secedunt (*w*) hij in partem quos majores diximus, præposito Comitatu quolibet, & de singulis debitoribus illius decernunt quantum summoneri (*x*) debeat, habita consideratione secundum qualitatem personæ, & secundum qualitatem negotij & causæ pro qua Regi tenetur. Autenticus (*y*) etiam Annalis Rotulus a quo debita excepta sunt, tenetur a (*z*) Thesaurario vel ejus clero, ne forte fuerit in excipiendo quomodolibet erratum (*a*). Est etiam aliis Clericus, qui quod illi taxaverint in exceptis annotat studiose; de quibus Summonitio fit per hæc verba. H. (*b*) Rex Anglorum, illi vel illi Vicecomiti salutem. Vide sicut te ipsum & omnia tua diligis, quod sis ad Seaccarium ibi vel ibi, in craftino Sancti Michaelis, vel in craftino clausi Paschæ, & habeas ibi tecum, quicquid debes de (*c*) veteri firma vel nova, & nominativi hac debita subscripta; de illo *x* marcas pro hac causa, & sic deinceps. Annotatis autem omnibus debitibus illic seriatim cum causis, quæ in majori Annali Rotulo continentur, proferuntur minores quiq; Perambulantium Judicum (*d*) Rotuli, ex quibus excipiuntur quæ in singulis Comitatibus domino Regi debentur, labore & industria ipsorum (*e*); & hijs taxatis a Majoribus, in Summonitionibus annotantur; quibus ordine (*f*) digestis, terminatur summonitio per hæc verba: Et hæc omnia tecum habeas in (*g*) denarijs taleis & brevibus & quietantijs,

(*q*) L. N. fuerit.

(*r*) L. R. de hijs nulla.

(*s*) L. N. set.

(*t*) L. R. de illi autem.

(*u*) L. R. similiter cum.

(*v*) L. N. seederit.

(*w*) L. R. summonitioni debeat.

(*y*) L. R. Autenticus.

(*z*) L. N. tenetur autem Thes.

(*a*) L. N. erratam.

(*b*) L. N. N. Rex.

(*c*) L. N. deoij de.

(*d*) L. N. Judicij.

(*e*) L. R. ipsarum.

(*f*) L. R. per ordinem.

(*g*) L. R. & denarijs.

vel capientur de firma tua ; Teste illo vel illo, ibi ad Scaccarium. Fuerunt tamen qui crederent dicendum in denarijs vel taleis vel brevibus vel quietancijs; non intelligentes *vel* quandoq; subdisjunctive ponit. Superflua tamen est hujusmodi de verbis contentio, cum de eorum intellectu constiterit : sive enim dixeris in denarijs vel brevibus vel quietancijs, vel in denarijs & brevibus & quietancijs, idem est intellectus ; ut scilicet in hijs omnibus vel eorum aliquibus, satisfiat de his (*b*) quæ in Summonitione continentur. Præterea, quia novis nicibis per nova remedia decet subveniri (*i*), additum fuit in Summonitionibus hoc subscriptum, ex novella constitutione, hoc est post (*k*) tempora Regis Henrici primi : Quod si forte de alicujus debito summonitus es, qui terram vel catalla non habet (*l*) in baillia (*m*) tua, & noveris in cuius baillia (*n*) vel Comitatu habuerit ; tu ipse Vicecomiti illi vel ballivo per breve tuum hoc ipsum significes, deferente illud aliquo a te misso, qui ei breve tuum in Comitatu, si potest, vel coram pluribus liberet. Hæc quæ prædiximus (*o*) apponere, ridiculosa satis & dispendiosa quorundam subterfugia compulerunt. Cognito enim quibus determinatis Summonitiones emittebantur, antequam pervenisset ad Comitatum sumonitorio de debito suo, vacuatis horreis & pecunijs suis quoconq; sibi distraetis (*p*) vel ad loca tuta translati, vacuus in domo sua residens, Vicecomitis & cæterorum officialium securus expectabat adventum ; & hac arte plurimis annis Regiæ Summonitionis auctoritas non sine dispendio videbatur eludi. Ille enim, ad quem cum facultatibus suis metus hujus causa transferat cum inde inandatum non haberet in res suas manum mittere non præsumebat. Hac ergo consideratione per aliquot annos in Summonitionibus appossum fuit verbum quod præmissum est ; nec postea alicui patuit locus subterfugij, quin satisfaciat omnis debitor per omnem modum, nisi quem sola suprema excusat inopia. Cum autem jam omnibus Vicecomitibus & debitoribus constituisset quia sic sophisticæ poterant importunitates determinari, non oportuit amplius illud verbum apponi, nec apponitur : modus tamen ille qui dictus est coercionis debitorum quacumq; se transtulerint, perseverat apud Vicecomites, & quasi quodam jure perpetuo constitutus servatur (*q*).

(*b*) L. R. ut scilicet unde in his quæ in  
Summon.

(*i*) L. R. subvenire.

(*k*) L. N. per tempora,

(*l*) L. N. habent.

(*m*) L. R. ballia.

(*n*) L. R. ballia.

(*o*) L. N. prædicimus.

(*p*) L. N. distretis.

(*q*) L. R. conservatur.

**D.** Audivi jamdudum referentibus multis, quod bis (*r*) in anno Scaccarium convocetur, hic est in termino Paschæ & in termino S<sup>t</sup> Michaelis. Dixisti etiam si bene memini, nisi præmisis summonitionibus Scaccarium (*s*) non teneri. Cum ergo Summonitiones ad utrumq; terminum fiant, rogo te, si placet, aperias, si in utrisq; Summonitionibus lex una servetur, vel, si in (*t*) verborum tenore dissonantia est, quæ sit, & quare sic (*u*).

## II. Quæ sit differentia summonitionum utriusq; termini.

**M.** Magnum tuæ provectionis est argumentum quod super hijs jam (*w*) nosti dubitare. Porro certo certius est, quod bis (*x*) Seaccarium in anno convocatur & tenetur; Præcedentibus tamen, ut prædictum est, summonitionibus. Terminorum utriusq; sessionis satis bene meministi. Sed (*y*) attende, quod in termino Paschæ a Vicecomitibus non compoti sed quidam visus compotorum fiunt; unde pene nihil eorum quæ illic tunc geruntur scripturæ commendatur; sed totum reservatur alij termino; tunc diligenter in Magno annali Rotulo singula per ordinem annotentur; tamen quædam Memoranda quæ frequenter incident (*z*) a clero Thesaurarij seorsum conscribuntur; ut soluto Scaccario illius termini de hijs discernant Majores; quæ quidem non facile propter numerosam sui multitudinem, nisi scripto commendarentur (*a*), occurrerent. Insuper quid Vicecomes in Thesauro solverit de firmis; ac deinde si satisfacit (*b*), in eadem linea scribitur, & quietus est: si non, debitum ejus in inferiori linea distince ponitur, ut sciatur, quantum de summa illius termini desit; & statim satisfaciat ad arbitrium Præsidentium. Quilibet enim Vicecomes medietatem firmæ illius quæ de suo Comitatu per annum exurgit, in termino illo soluturus est. Noveris autem, quod in hijs summonitionibus tenor verborum non mutatur nisi quod ad terminum pertinet vel locum (*c*); si scilicet decreverint Majores alias tenendum Scaccarium Paschæ, & alias Scaccarium Sancti Michaelis; sed eadem virtute verborum in utrisq; Summonitionibus servata. Dissimilis est debitorum exceptorum annotatio. In summonitione namq; contra

(*r*) L. N. vis in anno.

(*s*) L. N. Scaccarij.

(*t*) L. R. deest in.

(*u*) L. R. deest sic.

(*w*) L. N. hijs omnia nosti.

(*x*) L. N. vis.

(*y*) L. N. set.

(*z*) L. N. incident.

(*a*) L. N. commendaretur.

(*b*) L. R. satisfact.

(*c*) L. R. vel ad locum.

terminum Paschæ facta, quod tunc annus ille dicitur initiari, simpli-  
citer dicitur de illo, habeas x; & de hac suimonitione non nisi fol-  
vendo tunc vel satisfaciendo de x absolvetur. Ac cum facienda est  
Summonitio de termino S<sup>ti</sup> Michaelis in quo clauditur & terminatur  
idem annus, & fit annalis Rotulus, addetur prædictis x aliæ (d) x, vel  
plura, sicut Præsidentibus (e) visum fuerit, & dicetur; de illo habeas  
xx (f) qui tamen termino Paschæ de hac ipsa summa x (g) solverat (h)  
sed solvens x in denarijs nunc, & proferens taleam de x jamdudum (i)  
solutis, absolvi merebitur a summonitione: dictum est enim in Sum-  
monitione, Hæc omnia (k) habeas in denarijs & brevibus & taleis.  
Noveris præterea, quod facta summonitione, si duim corrigitur in-  
ventus fuerit error, non debet subducta linea cancellari, sed nec abradi,  
quia patens (l) scriptura est: imo potius, in quo erratum fuerit, debet  
penitus oblitterari, ut quid scriptum fuerat (m) nulli pateat; cuius rei  
causa, si tecum super hijs (n) actitaveris, facile tibi valet occurrere.

D. Cum sicut commemo ras patens (o) sit illud scriptum, & sic Vi-  
cecomiti destinetur, & per longa tempora penes ipsum suo sq; resideat,  
foli fidei ejus summonitionis indemnitas (p) committitur (q). Posset  
enim, quod vellet impune delere mutare vel minuere (r), cum non  
extet (s) aliquod penes Barones ejus rescriptum.

M. Posset fortasse, si vellet; sed foret hoc (t) insani capit is argu-  
mentum, si tantis se periculis sponte (u) opponeret; præfertim cum  
non auferre sic Regis debita posset, sed vix differre (w). Omnia nam-  
que debita de quibus Summonitiones fiunt, alias diligenter annotata  
servantur; unde non posset quis a debito suo etiam procurante Vice-  
comite hac arte liberari. Verum ad majorem hujus rei cautelam vi-  
dimus a Pictavense Archidiacono nunc Wintonienfe Episcopo omnium  
Summonitionum rescripta fieri, nec aliquatenus originales emitti, nisi  
factis & diligenter correctis earum rescriptis. Cum autem sedente  
Vicecomite ad compotum legeretur Summonitio (x) a clerico Can-  
cellarij, inspiciens Clericus Archidiaconi rescriptum, observabat eum  
ne exorbitaret. Procedente vero tempore cum numerus debitorum.

(d) L. N. alia x l. vel.

(e) L. R. Præsidentibus taxantibus.

(f) L. R. ix.

(g) L. R. def<sup>t</sup> x.

(h) L. N. solvatur.

(i) L. N. jam duetur.

(k) L. R. Hæc etiam habeas.

(l) L. N. pa<sup>t</sup>eiis.

(m) L. R. fuerit.

(n) L. R. his.

(o) L. N. pa<sup>t</sup>ercis.

(p) L. N. idempnitas.

(q) L. R. committatur.

(r) L. R. defiunt vel minuere..

(s) L. R. exstet.

(t) L. R. sed foret sed insani.

(u) L. R. se sponte periculis.

(w) L. R. deferre.

(x) L. R. legentur summam.

cresceret in immensum (*y*), adeo ut uni Summonitioni (*z*) unius membranæ longitudo sufficeret, cessum est multitudini & laborioso operi, & sola originali Summonitione, sicut antiquitus contempti sunt. Sic habes, ut credo, quantum brevitas permisit, qualiter & ad quid summonitiones fiant. Nunc ex quibus fieri debeant libet intueri ; licet ex præmissis hoc ipsum magna pro parte jam constet.

*Ex quibus Summonitiones fiant.*

Illustris Anglorum Rex Henricus hoc nomine participantium Regum secundus dictus est, sed nulli modernorum fuisse creditur in rebus componendis animi virtute secundus : ab ipso enim (*a*) suæ dominationis exordio totum in hoc direxit animum, ut Paci rebellantes & discolos (*b*) multiplici subversione conteret (*c*), & pacis ac fidei bonum in cordibus hominum modis omnibus confignaret. Hujus igitur insignia cum jam in omnes gentes celeberrima fama vulgaverit, adeo ut his exponendis insistere supervacuum videatur : unum tamen est, quod cum silentio præterire non valde, ex quo solo singularis ejus probitas & pietas inaudita firmatur. Non tamen hoc hominis fuit immo Dei miserentis, Quod sibi quod toti cum (*d*) paucis restitit orbi.

*D.* Qualiter sibi resistere dici possit opus insigne, nisi planum feceris non video.

*M.* Licet hæc ad opus cœptum vel propositum non adpertineant (*e*), memor tamen Regis illius magnanimi, cum pace meæ mentis hijs supersedere non valui. Videas ergo quam miraculose (*f*) vir ille sibi restitit, in suos filios quidem sua carnis, immo & animæ suæ spem post Deum unicam & gloriam singularem ; dum parvuli essent, & ratione ætatis cerei supra modum & in omnem animi motum prenii, vulpeculæ pertinaces consilijs pravis demolitæ sunt, & tandem in patrem tanquam in hostem sua viscera converterunt ; facti sunt etiam inimici homines domestici ejus, & qui custodiebant latus ejus, coufilium inierunt adversus eum ; dicentes filijs & hostibus persequenti (g) contra eum, quia non est qui eripiat (*h*) ; diceres in hijs (*i*)

(*y*) L. R. pro in immensum habet album spatium.

(*z*) L. N. Summonitione.

(*a*) L. R. deest enim.

(*b*) L. R. discolos.

(*c*) rectius conteret.

(*d*) L. N. quod paucis cum toti.

(*e*) L. N. non animi pertineant.

(*f*) L. N. miraculo se.

(*g*) L. R. persequamini.

(*h*) L. N. persequamini & q. c. q. n. e. q. c.

(*i*) L. N. dicens in his.

verbum completum Prophetæ; filios enutrivi (*k*) & ecce ipsi spreverunt me (*l*). Cum igitur uxor in virum, filij in patrem suum, domestici sine causa defaverent (*m*) in dominum; nonne satis optime sibi rebellantem virum dices? Verum contra numerosam hostium multitudinem filius Divinæ gratiæ magnitudo subvenit, & quasi pugnante pro te Domino, sic in brevi pene rebelles omnes obtinuit, ut longe fortius quam prius ex eo quo infirmari debuit confirmaretur in Regno.

Norunt enim per hoc potissimum (*n*) qui conspiraverant (*o*) aduersus eum in omni virtute sua clavam a manu Herculis nisi vix extorqueri non posse. Comprehensis insuper hostibus tam enormis seculi incentoribus inaudita (*p*) pepercit misericordia; ut eorum pauci rerum suarum, nulli vero status sui vel corporum dispendia sustinerent (*q*). Si legeres ultiōnem quam exercuit David in subversores Absolonis filij sui, dices hunc illo longe mitiorem extitisse (*r*): cum tamen de illo scriptum sit; inveni virum secundum cor meum. Licet autem Rex (*s*) insignis pluribus abundaret exemplis, & posset in eos (*t*) vel vilissimam exercere vindictam; maluit tamen expugnatis parcere quam eos punire, ut ejus regnum crescere videant vel inviti. Vivat igitur in longo tempore Rex ille glriosus & fælix, & (*u*) pro impensa (*w*) gratia gratiam mereatur ab alto. Vivat & proles ejus ingenua, patri suo subiecta nec ei dissimilis: & quia nati sunt populis imperare, paterno simul & proprio discant exemplo, quam glriosum sit parcere subiectis & debellare rebelles. Nos autem iusepta negotia prosequamur. Quod si de hijs & alijs strenuis ejus actibus libet plenius instrui, libellum cuius supra meminimus, si placet, inspicito. Igitur post naufragum Regni statum pace reformato, studuit iterum (*x*) Rex avita tempora renovare; & eligens discretos viros secuit Regnum in vij partes, & eas electi Judices quos Errantes vocamus perlustrarent, & jura destituta restituerent. Facientes ergo sui copiam in singulis Comitatibus, & hijs qui se laeos putabant Judicis plenitudinem exhibentes, pauperum laboribus & sumptibus pepercerunt. Contigit autem in hijs excessus varios (*y*)

(*k*) L. R. enutriti.

(*l*) L. N. & ex iphi autem sp. me.

(*m*) L. R. discurenti dominum.

(*n*) L. N. potissimi.

(*o*) L. N. conspiraverat.

(*p*) L. N. tum enormis seculis incentoribus inaudita;

(*q*) L. R. sustincret.

(*r*) L. N. extitisse.

(*s*) L. N. Licet enim res insignis.

(*t*) L. R. eis.

(*u*) L. R. desunt felix, &c.

(*w*) L. R. impensa.

(*x*) L. R. iterum studuit.

(*y*) L. R. varios excessus.

plerumq;

plerumq; varijs modis pro negotiorum qualitate puniri, ut quidam corporalem, quidam pecuniariam pœnam luant (z). Porro pecuniarie delinquentium pœnae in Rotulis Errantium diligenter annotantur; & confedente Scaccario coram omnibus Thesauro traduntur. Caveant autem Judices, ut correctos & per ordinem depositos (a) Rotulos Thesaurario liberent; non enim fas erit (b) ipsis etiam Judicibus facta traditione iota unum mutare etiam in quod omnes Judices consenserint.

*D.* In hoc mirabile est, quod cum scriptorum suorum auctores sint, & non nisi de ipsorum industria vel labore proveniat (c) etiam in unum aliquid consentientes scriptum proprium mutare non possunt.

*M.* Cum indulta sint correctionis tempora, & legem noverunt (d) constitutam (e), sibi imputent; oblatorum enim summa vel ab ipsis debitoribus si in hanc condemnati sunt, vel ab ipsis Judicibus requiretur. Ut si in Rotulo condemnatum aliquem in solutione xx deficerint, & tradita jam cautione Thesaurario recordati fuerint, quod non teneatur ille nisi in x; ipsi Judices de residuo satisfacent; quia scriptum suum cum deliberatione factum & correendum, post traditionem revocare non possunt. Susceptorum vero Rotulorum debita Thesaurarius in Magno annali Rotulo diligenter & distinante per singulos Comitatus annotari facit, simul cum causis; prænotatis, ut jam dictum est, nominibus Judicum; ut per hoc exactorum fiat discretio. Ex his (f) igitur summonitiones fiant sic; De placitis illorum N de illo illud; secundum quod Præsidentes prius debita taxaverint. Habet ex prædictis, ut credimus, quantum necesse est, ex quibus & qualiter & ad quid summonitiones fiant: nunc ad agenda Vicecomitis transeamus. Decet autem te dicendis sollicitam adhibere diligentiam, quia in hijs excellentior Scaccarij scientia consistit, sicut dictum est ab initio.

### III. De agendis Vicecomitum multipliciter.

Omnis igitur Vicecomites & Ballivi, ad quos Summonitiones diriguntur, eadem necessitate legis constringuntur; hoc est, auctoritate Regij mandati; ut scilicet die nominato designatoque loco convenienter & de debitibus satisfaciant; quod ut manifestius fiat ipsius Summoniti-

(z) L. N. luatur.

(d) L. N. noverit.

(a) L. R. desunt & per ordinem depositos.

(e) L. R. constituta.

(b) L. N. factis erit.

(f) L. R. hijs.

(c) L. R. proveniant.

onis tenorem diligentius intuere ; ait enim : Vide sicut teipsum & omnia tua diligis, ut sis ad Scaccarium ibi tunc ; & habeas tecum quicquid debes de veteri firma & nova, & haec debita subscripta. Attende igitur, quia duo dicuntur, quæ duobus sequentibus coaptantur : hoc enim, Vide sicut teipsum diligis, refertur ad sis ibi tunc ; illud vero, & sicut omnia tua diligis, referri videtur ad hoc, & habeas tecum (g) haec debita subscripta : ac si aperte dicatur ; Absentia tua, tu quicunq; suicpis summonitionem, nisi necessarijs & lege definitis causis possit excusari ; in capitib; tui periculum redundabit ; videris enim sic Regium sprevissim mandatum, & in contemptum Regiae majestatis irreverenter egisse. Si citatus super Regis quibus addictus (h) es negotijs nec veneris, nec excusatorem miseris. Verum si per te (i) steterit, quo minus debita subscripta solvantur, tunc de firma quam soluturus es, aliena debita de quibus summonitus es capientur : Firma vero de catallis & fundorum tuorum redditibus perficietur (k) ; te interim, si Barones decreverint, in loco tuto sub libera custodia collato. Cum ergo præmissa fuerint (l) a Vicecomite suscepta summonitio, ipsa die nominata veniat & ostendat se Præsidenti, si adesse eum contigerit, vel Thesaurario, si Præsidens ille præsens non fuerit. Deinde salutatis Majoribus, ipsa die sibi vacet, & in (m) crastino & deinceps die qualibet ad Scaccarium redditurus. Quod si forte nec venerit nec justam præmisserit excusationem, prima die Regi condeinpanbitur in C solidis argenti de quolibet Comitatu, sequenti vero (n) in x libris argenti, similiter in C, tertia, sicut ab his (o) accepimus, qui nos præcesserunt, in beneplacito Regis erunt quæcunque mobilia possidet ; quarto vero quia jam ex hoc contemptus Regiae majestatis convincitur, non solum in rebus suis, sed in propria persona soli Regiae misericordia subjacebit. Sunt tamen qui credant ad omnem summam solam pœnam pecuniariam sufficere ; ut scilicet prima die in C solidis ; secunda similiter in C sol. (p) ; & ita deinceps per singulos dies in singulis centenis puniantur absentes. His ego non dissenserio ; si tamen his cui delinquitur, & in (q) hoc ipsum consenserint (r) ; hunc autem pœnat modum velle Regem admittere satis probabile est, cum ejus gratia singularis ad pœnam pigra sit, & haec ad præmia velox.

(g) L. R. habeas ibi.

(n) L. N. sequenti ut in.

(h) L. R. additus.

(o) L. R. hijs.

(i) L. N. si parte steterit.

(p) L. R. centum solidis.

(k) L. R. proficietur.

(q) L. R. dec̄ &amp; : L. N. dec̄ in.

(l) L. R. fuerit &amp; a.

(r) L. R. consenserit.

(m) L. R. dec̄t in.

**D.** Imprudentis pariter & impudentis est auditoris currentem calamum ante provisum dicendorum finem præoccupare ; ideoque sustinuit volvens (*s*) in animo quod ex parte me turbat : dixisti enim, si per Vicecomitem steterit quo minus debita subscripta solvantur, tunc de firma quam soluturus est capientur. Si ergo Vicecomes per brevia Regis, vel in operationes vel alias universa distribuerit, quæ hic fuerat soluturus ; quid fiet.

**M.** Cum ex Regis mandato vel in Camera Curiæ, vel in operationibus, vel in quibuslibet alijs, firmam Comitatus expenderit, si in debitibus solvendis minus egisse deprehenditur (*t*), per fidem suam ubi Majores decreverint detinebitur, donec de hijs satisfaciat sicut de firma satisfacturus fuerat.

**D.** Cum citatum Vicecomitem & non venientem vel excusantem, tum rerum mobilium tum immobilium cum & (*u*) proprij (*w*) corporis gravis jaætura sequatur, nisi suam non voluntariam sed necessariam absentiam excusaverit. Rogo te, si placet, ut quas (*x*) citatus prætendere possit absentiaæ suæ sufficientes causas aperire non differas.

#### IV. Quibus de causis absentia Viccomitum servatur indemnis.

**M.** Plures sunt excusationem modi, quibus Vicecomitis absentia servatur indemnisi, sic tamen ut occasione vel excusatione postposita die nominata per legitimos viros pecuniam Regis ante collectam præmittat ; qui porrigentes Præsidenti literas excusationis, & absentiaæ Domini sui causas necessarias allegantes, etiam sacramento corporaliter præstito, si Præsidenti placuerit, easdem confirment. Quod si Vicecomes, vel alius serviens citatus, infirmitate detentus adesse non poterit ; addat in literis excusationis, quæ ad Scaccarium diriguntur : Et quia venire non possum ; mitto vobis hos servientes meos N. & N., ut loco meo fint, & quod ad me pertinet faciant, ratum habiturus quod ipsi fecerint.

Provideat autem qui excusat, ut alter vel uterque missorum Miles sit, vel laicus aliis ratione sanguinis vel aliter sibi conjunctus, hoc est cuius fidei vel discretioni se & sua committere non diffidat : solos enim Clericos ad hoc suscipi non oportet ; quia si fecus egerint, non deceat eos pro pecunia vel ratiocinijs comprehendi. Si vero citatum Vicecomitem abesse contigerit, non infirmitate quidem sed qualibet alia

(*s*) L. N. volumine.

(*t*) L. R. comprehenditur.

(*u*) L. R. disjunt tum immobilium cum &c.

(*w*) L. R. tunc in proprij.

(*x*) L. N. quis.

causa præpeditum, sic sorsit in a pœna constituta poterit liberari : Verum ad explendum compotum suum nullus pro eo suscipietur, nisi primogenitus filius ; nec generalis ejus procurator, etiam si breve suum direxerit, se ratum habiturum, quod ille vel ille pro se fecerit ; solius vero mandati Regij vel etiam Præsidentis auctoritate, si Rex absens fuerit, ad compotum suum explendum alium (*y*) poterit substituere : si tamen aliud a Domino Rege negotium sibi gerat assignatum ipse ad Scaccarium (*z*) in propria persona præsentem nominet, qui juxta quod supra dictum est, possit & debeat Vicecomitis absentis negotia procurare. Illud autem Breve Regis vel Præsidentis, vel Vicecomitis excusantis in forulo Marescalli, cuius supra meminimus, in testimonium hujus rei reservabitur. Quod si Vicecomes alias Regi necessarius ab ipso vocatus fuerit extra regnum, vel accepta licentia pro familiaribus negotijs exire disposuerit, prius Præsidentem adeat (*a*), & viva voce vices suas ad Scaccarium deleget cui voluerit viro legitimo ; quo facto, cum absens fuerit, nec breve mittere, nec absentiam suam excusare cogetur. Excusante vero se Vicecomite causa infirmitatis, cum necessè (*b*) fuerit ad scribendum ejus compotum in Annali Rotulo, dicetur, Willelmus Vicecomes de Lundonijs, Robertus filius ejus pro co, reddit compotum de firma de Lundonijs (*c*). At si per Regis mandatum aliis sibi substituitur, vel ipse viva voce, sicut prædictum est, aliquem pro se designaverit Præsidenti, sic per omnia dicendum est ac si ipse in propria persona ad compotum resideret.

*D.* Nunquid infirmitas sola sufficiens est excusatio, per quam citatus absens servetur indemnis ?

*M.* Absit : sunt enim plures ad Scaccarium ; sed hæc tam in litibus quam in alijs negotijs Ecclesiasticis & Forensibus est usitator. Porro decet te memorem esse prædictorum, ut intelligas (*d*) nullam excusationem hoc efficere, ut Regis pecunia de Comitatu collecta penes eum detineatur impune, vel ad Scaccarium die nominata non mittatur. Præmissa ergo pecunia, poterit excusari per infirmitatem, sicut dictum est. Item si filius ejus primogenitus, quem declaravit heredem post se futurum, morti proximus adjudicetur, excusabitur. Item si uxor ejus dolore partus periclitari cœperit, vel quavis alia de causa morti proxima decubuerit, quia portio suæ carnis est, excusari poterit. Item si Dominus ejus, qui vulgo Ligius dicitur, hoc est, cui soli ratione

(*y*) L. R. *definit* explendum alium.

(*c*) L. N. London.

(*z*) L. N. ipse adjectum.

(*d*) L. N. Ecclesiasticus prædictorum ut intelligas.

(*a*) L. N. adheat.

(*b*) L. R. cum ventum.

Dominij sic (*e*) tenetur, ut contra ipsum nichil (*f*) alij debeat Rege duntaxat excepto, vocaverit ipsum, ut adsit sibi tracto in jus de toto feudo suo (*g*) vel ejus maxima parte, vel super alia causa quæ in status vel corporis sui detrimentum redundare videatur, excusari poterit ; sic tamen si Dominus ille nec amplius excusare nec aliter litem (*b*) declinare valuerit. Quod si idem Dominus alium super hujusmodi solicitaverit, & liberum sit ei absque enormi damno diem prorogare (*i*), si vocaverit Domini Regis Vicecomitem hominem quidem suum, venire non tenebitur ; quia nec (*k*) sic ad Scaccarium posset excusari. Item si idem Dominus (*l*) infirmitatis pondere pressus, testamentum coram suis condere voluerit, & ad hoc cum alijs fidelibus suis ipsum evocaverit, excusabitur. Item si Dominus ejus, vel uxor, vel filius debita carnis solverit, & hic debita funeris obsequia procuraverit, excusari merebitur. Sunt & aliæ plures excusationes absentiæ Vicecomitis necessariæ quidem & legibus determinatae quas non abdicamus vel excludimus, immo cum sufficientes visæ fuerint a Majoribus libenter suscepimus ; sed has quæ menti meæ se ad præsens obtulerunt, quasi frequentiores exempli causa subjecimus.

*D.* Videor ex prædictis perpendere, quod Miles, vel quilibet alius discretus possit a Rege Vicecomes vel alias Ballivus creari, etiamsi nil ab ipso possideat, sed solum ab alijs.

*M.* Debetur hæc Prærogativa dignitatis publicæ (*m*) potestati, ut cujuscunque sit, cuicunque vir aliquis in Regno militet vel ministret, si regi necessarius visus fuerit, libere possit assumi, & Regijs obsequijs deputari.

*D.* Ex hoc etiam cerno verum esse quod dicitur,

An nescis longas Regibus esse manus ?

Sed jam nunc, si placet, ad agenda Vicecomitis manum mittere non differas ; ad hæc (*n*) enim, te monente, totam attentionis (*o*) industriam jam collegi ; sciens ex his (*p*) excellentem Scaccarij scientiam, sicut prædictum est, debere requiri.

*M.* Gratulor te memorem præmissorum ; unde fateor languenti pene calamo te stimulos addidiſſe. Noveris autem quod Vicecomes, nisi

(*e*) L. R. deest sic.

(*f*) L. R. nihil.

(*g*) L. R. ut adsit sibi tractaturus de toto feodo suo.

(*b*) L. N. poterit ; sic tamen si Dominus ille nec aliter litem.

(*i*) L. N. dampno dicit prorogare.

(*k*) L. R. noc sic.

(*l*) L. R. Dominus ejus.

(*m*) L. N. publicæ.

(*n*) L. R. hoc.

(*o*) L. R. intentionis.

(*p*) L. R. hijs.

sicuto prius examine debitisque de quibus summonitus est solutis, residere non debet ad compotum : cum autem accescerit & jam resederit alij Vicecomites excludantur ; & resideat solus cum suis, ad interrogata responsurus. Provideat autem ut ipsa die vel præcedente, debitoribus sui Comitatus innotuerit qua die fit ad compoum fessurum ; vel etiam circa domum Scaccarij vel vicum vel villam voce præconia ipsis denunciet se tunc vel tunc fessurum. Tunc sedentibus & audiencibus omnibus, Thesaurarius, qui sicut (*q*) dictum est, ratione officij sui sibi videtur adversari, querat, si paratus est reddere compotum ; quo respondente præsto sum, inferat Thesaurarius, Dic igitur imprimis si Elemosinæ, si decimæ, si liberationes constitutaæ, si Terræ datæ sic se habent hoc anno sicut in præterito. Quod si similiter se habere responderet ; tunc scriptor Thesaurarij præteritum Annalem Rotulum diligenter in hijs constitutis scribendis sequatur, contente (*r*) simul Thesaurario, ne forte manus scriptoris aberret. Et quia satis in titulo de officio Scriptoris Thesaurarij de ordine scripturæ dixisse me memini hijs (*s*) ad prefens supersedeo.

*D.* Dic ergo, si placet, de hijs quæ (*t*) jamdudum usque ad agenda Vicecomitum distulisti (*u*) quid (*w*) scilicet sit, quasdam terras a Rego dari Bl[ancas] quasdam numero ; hoc enim me sollicitavit ab initio.

*M.* Satis (ut credo) tibi constat ex prædictis, quid sit quasdam firmas solvi Bl. quasdam numero. Firma quidein Bl. solvitur, cum ipsa factio examine dealbatur.

#### V. Quid sit quasdam fundos dari Bl. quasdam numero.

Quis insuper fuerit (*x*) hujus institutionis auctor, & quæ instituendi ratio, satis innotuit. Porro firmam numero solvi diximus, cum tantum numerando non examinando de ipsa satisfit. Cum ergo Rex fundum aliquem alicui contulerit simul cum Hundredo vel placitis (*y*) quæ ex hoc proveniunt, dicunt fundum illum illi Bl. collatum : ac (*z*) cum retento sibi Hundredo per quod firma dealbari dicitur, simpliciter fundum dederit, non determinans cum Hundredo vel Bl., numero datus dicitur. Oportet autem ut de fundo collato Breve Regis, vel

(*q*) L. N. qui si cum dictum.

(*r*) L. N. continente.

(*s*) L. N. me inicium his ad.

(*t*) L. R. placet qui jamdudum.

(*u*) L. N. distilisti.

(*w*) L. N. quod.

(*x*) L. R. fuit.

(*y*) L. N. placito.

(*z*) L. R. at.

cartam ejus in termino S<sup>t</sup>i Michaelis cui collatus est ad Scaccarium deferat (*a*) ut Vicecomiti computetur; alioquin in Magno Annali Rotulo non scribetur, nec Vicecomiti computabitur; scribetur autem sic: Post Elemosinas & decimas & liberationes utriusque generis constitutas, in capite lineæ, In terris datis illi N. xx1 Bl. ibi, & illi N. xx1 numero ibi. Adverte etiam, quod si forte inter Terras datas inveneris, illi vel illi x1 Bl. vel numero ibi de præstito Regis; cum is qui commodati vel præstiti beneficio gavisus est fati debita solverit, nisi per gratiam Regis non uxori non liberis non alicui nomine ejus propter præstitum reclamandi locus relinquitur; similiter si dictum fuerit, illi X quamdiu Regi placuerit.

VI. Quæ sint constituta Vicecomiti computanda, Elemosinæ scilicet & decimæ liberationes utriusque generis & terræ dateæ.

*D.* Quid est, quod dixisti liberationes utriusque generis?

*M.* Liberationum quædam sunt indigentium; cum ex solo charitatis intuitu ad viatum & vestitum alicui a Rege denarius diurnus vel duo vel plures constituuntur. Quædam vero sunt servientium, ut has pro stipendijs suscipiant; quales sunt (*b*) custodes domorum æditi Regij Tibicines luporum comprehensores (*bb*) & hujusmodi. Hæ sunt igitur diversi generis liberationes quæ diversis ex causis solvuntur, inter constituta tamen computantur. Et nota quod licet liberum sit Regi quibuslibet indigentibus has liberationes conferre; ex antiqua tamen institutione solent his assignari, qui in Curia ministrantes, cum redditus non habeant, in corporum suorum invaletudinem decident, & laboribus inutiles fiunt. His omnibus per ordinem annotatis, querit Thesaurarius a Vicecomite, si quid expenderit de firma Comitatus per Brevia Regis præter constituta; tunc seriatim missa sibi Regis Brevia tradit clerico Cancellarij, qui lecta in publicum eadem liberat Thesaurario, ut ipse secundum formam in brevibus conceptam in scrip-

(*a*) L. N. differat.

(*b*) L. N. sunt 1. custodes.

(*bb*) Prisca temporibus luporum venator in Wircceſtrefcira confuevit effe ad ſlipent Regis; ut in exemplis ſubnexus patet: Nimirum, anno 13. R. Henrici II: Et Venatori qui capit Lupos in foreſta, iij s; Mag. Rot. 13. H. 2. Rot. 5. a. Wircceſtrefcira: Anno 17' ejusdem Regis: Et Venatori qui Lupos capit,

iij s; Mag. Rot. 17. H. 2. Rot. 6. b.

Wircceſtrefcira: Anno 27<sup>o</sup> ejusdem: Et Venatori qui capit Lupos iij s; Mag. Rot. 27.

H. 2. Rot. 2. a. Wircceſtrefcira: Annoque 5' R. Johannis: Et Venatori qui capit

Lupos, iij s; Mag. Rot. 5. f. Rot. 4. b.

Wircceſtrefcira: Imperio R. Henrici III. E

peſtea, bujus Venatori mentis vel non omnino

vel raro (quantum memini) in Rotulis fit.

turam Rotuli sui opportuna verba ministret. Ipse namque sicut dictum est prescribit, & alij consribentes ab eodem accipiunt; hoc factum ostendit Vicecomes si quid expenderit, non per brevia sed per constitutam Scaccarij legem sibi computandum; qualia sunt liberationes probatorum Regis, & item ea quae mittuntur in Justicijs & Judicijs explendis.

VII. Quae sunt per solam consuetudinem Scaccarij computanda, hoc est sine brevi.

Adverte autem, Justicias hic usualiter nuncupari prolati in aliquos viros juris (*c*) executiones: Judicia vero, leges Cudentis ferri vel aquae. Liberationes igitur probatorum hac ratione fiunt. Propter innumeras regni hujus divitias, & item propter innatam Indigenis crapulam, quam semper comes libido sequitur, contingit in ipso frequenter (*d*) surta fieri manifesta vel occulta, nec non & homicidia & diversorum generum scelera, addentibus stimulos mœchis, ut nichil (*e*) non audeant vel non attentent (*f*) qui suis se consilijs subjecerunt. Cum autem a Regijs ministris regni pacem excubantibus, reus horum famosus aliquis comprehenditur (*g*), propter numerosam scelerorum multitudinem, ut vel sic (*h*) perversis terra purgetur, consentiunt & in (*i*) hoc interdum Judices, quod si quis hujusmodi de se crimen confitens, sceleris ejusdem confortes provocare voluerit, & objectum alij vel alijs crimen commisso duello (*k*) probare valuerit, mortem, quam meruit effugiat, & cum impunitate sui corporis, exiens tamen totius Regni fines demereatur (*l*) & abjuret ingressum. Quidam autem conventione cum Judicibus prius sancta, licet objecta probaverint, non tamen immunes abscedunt, sed effugientes suspendium vel aliud turpe genus mortis quam de se confessi meruerint, mutilatione tamen membrorum puniti miserabile spectaculum fiunt in populo, & temerarios ausus consimilium terribilibus compescunt exemplis. Quod (*m*) igitur objecto & probato ejusdem criminis (*n*) reatu vitam sibi salvare potest, & item quia ad Regis utilitatem prudubio sit quicquid ad regni pacem videtur accedere, Regis Probator dicitur. A die vero qua ad probationem suscipitur, usque ad ex-

(*c*) I. R. deest juris.

(*d*) L. R. frequencius.

(*e*) L. R. nihil.

(*f*) L. N. attempnent.

(*g*) L. R. deprehenditur.

(*h*) L. R. vel si.

(*i*) L. R. deest in.

(*k*) L. R. duello commisso.

(*l*) L. N. Regni tamen totius demereatur.

(*m*) L. R. Quum igitur.

(*n*) L. R. criminis ejusdem.

pletum promissum, vel usque quo defecerit, ad vietualia de fisco percepit quaque die denarium unum, qui Vicecomiti per solam consuetudinem Scaccarij computatur. Quod si probator ille jussus (*o*) fuerit ad alia loca transferri, ut convenientibus illic Judicibus opportunius promissum expleat, vel forte deficiens scelerum suorum pœnam condignam excipiat, solum id quod in vehiculis illuc conduceendis, & Viuetualibus illi ministrandis (*p*) invenit, Vicecomiti computabitur per consuetudinem; cætera vero non nisi per breve Regis. Sunt præterea in quibusdam Comitatibus plures, qui ratione fundorum suorum in condemnatos ultrices manus mittunt; ut alios suspendio, alios membrorum detruncatione, vel alijs modis juxa quantumitatatem perpetrati sceleris puniant. Sunt & quidam Comitatus, in quibus sic condemnandi, non nisi numerata de fisco pecunia, puniuntur. Quicquid igitur ad hæc Judicia vel Justicias effectui mancipandas detestabilis avaritiae hominibus, qui hæc pro sanguinis effusione suscipiunt, a Vicecomite numeratur, per consuetudinem Scaccarij sibi computatur; hoc est, non per Breve Regis. Est & aliud quod per consuetudinem solum Vicecomiti debeat computari: cum Regis thesaurus de loco in locum Majorum consideratione deferendus, vehiculis & hujusmodi minoribus indigerit: præcipiente (*q*) Thesaurario vel Camerarijs, vel servientibus eorum ad hæc (*r*) missis, Vicecomes de firma sua quod oportuerit invenit, & hoc ipsum Vicecomiti sine brevi computatur; prohibente tamen super hoc testimonium coram Majoribus ipso Thesaurario vel quolibet prædictorum qui hæc fieri mandaverit; & tunc dicetur in Rotulo, In hijs vel illis necessarijs Thesauri, hoc vel illud, per hunc vel illum. Item si piscis Regius, Rumbus vel Cetus vel alias hujusmodi comprehenditur, quod in his saliendis & alijs necessarijs ministrandis a Vicecomite mittitur, sine Brevi computatur. Item quod in excolendis Dominicis vineis Regis, & hijs vindemiandis, vel vasis & alijs necessarijs ministrandis expenditur, sine brevi per fidem Vicecomitis computatur; de qua fide si semel aut sepius, qualiter fiat, infra dicetur. Hæc sunt igitur quæ ad præsens nobis occurunt, Vicecomiti, per solam consuetudinem computanda. Nunc de cæteris quæ ad compotum de Corpore Comitatus pertinent prosequamur.

(*o*) L. R. missis.

(*p*) L. R. ministrandis per denarium di-

(*q*) L. R. præcipiente & Thes.

(*r*) L. R. hoc.

VIII. *Quo ordine computanda sunt Vicecomiti quæ in operibus missa sunt per breve Regis numero non determinans.*

Fit interdum ut præcipiat Rex Vicecomiti per breve suum, quod in (s) Castris firmandis vel in ædificijs & hujusmodi instruendis de firma sua necessaria ministret, per vitum duorum vel trium virorum quorum nomina in ipso brevi exprimuntur; & addat in fine verbum breve sed computantibus necessarium; & computabitur tibi ad Scaccarium. Cum igitur ventum fuerit ad compotum Vicecomitis, veniunt simul qui electi sunt Custodes operum, & fide in publica ab ipsis præstata, quod secundum conscientiam suam ad Regis utilitatem in ipso opere nominata summa pervenerit (t), fiat inde breve Regis ad Scaccarium sub testimonio Præsidentis & (u) alterius quem præceperit, in quo (w) summa illa de qua testati sunt, & item nomina Custodum exprimantur; & tunc demum Vicecomiti (x) computabitur. Quod si per hæc missa (y) consummatum Regis opus fuerit, priuum illud breve de necessarijs ministrandis quod Vicecomiti directum est, & hoc ultimum quod ad Scaccarium fit, in forulo Marescalli de compotis factis recluduntur. Si quid autem restat de ipso opere faciendum, Vicecomes quod sibi directum est Breve usque ad idem opus completum penes se reservabit; ut hinc sit ei auctoritas operi persificando necessaria ministrare; reliquum vero in forulo de quo dictum est recludetur. Cum enim scribatur in annali: In operatione illa centum libras; oportet consequenter apponi per breve Regis, & per visum horum N; quod si non (z) extaret Breve Regis numerum ipsum & nomina custodum continens, falsa videri posset scriptura Rotuli dicentis per Breve Regis.

D. In hoc verbo sic mihi (a) satisfactum est, ut hijs ad quæ requirienda iam ora laxaveram, sponte supersedeam. Cum enim Vicecomiti dictum sit Breve Regis de necessarijs ad hoc vel illud opus inveniendis, & sit i. jec. um; & computabitur tibi ad Scaccarium; vel hoc, Inveni de firma tua; quod ejusdem pene est auctoritatis, superfluum videbutur. Ut tamen et alij Brevi sollicitus esset; nec enim intelligebam, quod in ipso. Tamen unus esset exprimendus, ut sic eodem verborum tenore attinet. Et hoc pondecat Annali.

(s) L. R. directum.  
 (t) L. N. directum.  
 (u) L. N. quæ  
 (v) L. R. et Vicecomiti.

(y) L. R. deest missa.  
 (z) L. N. deest non.  
 (a) L. N. michi.  
 (b) L. R. attentico.

**IX. Quod non absolvitur quis a debito per breve Regis numerum non exprimens, etiam si causam determinet.**

*M.* Intellige (*c*) similiter quod in Scaccarij negotijs secus est quam in alijs: dicitur enim in plerisque, quod expressa nocent, non expressa non nocent (*e*): verum hic expressa juvant & non expressa fatigant: verbi gratia; si tenetur quis Regi in centum; & breve ejus deferat ad Scaccarium: ut quietus sit de debito quod ei debet, addat etiam toto, & causam simul exprimat sed (*e*) non numerum; non propter hoc absolvetur, sed magis per hoc (*f*) dilationem usque ad aliam summonitionem promerebitur. Oporteret enim scribi in Rotulo, In perdonis per breve Rgis illi N, C; sed quia non videtur omnino dimissum quod (*g*) nondum est in brevi expressum, cogetur is multo labore querere per quod mercatur absolviri: ergo in hijs non expressa fatigant.

*D.* Salva sit reverentia Præsidentis & assidentium, hic non videtur per omnia Regis mandato satisfactum; nec enim quietus est quem quietum esse mandavit, addens etiam causam pro qua sibi tenebatur.

*M.* Immo salva sit in hijs Scrupulosie mentis tuæ subtilitas. Nosse quidem debueras, quod ei qui lege plurimum indiget, ejus ignorantia non subvenit. Is ergo qui Regi tenetur qualiter ab hoc absolviri plene possit, hoc est secundum legem de hijs (*b*) constitutam diligenter inquirat; quod si non fecerit, non Præsidenti sed sibi imputet; nec enim licet Præsidenti ab eo quod detulit in Brevis iota mutare: cum ergo per hoc quietus non sit, festinet quod expedit impetrare.

*D.* Cerno quod hæc maxime propter hoc observantur, ut Scripturæ Rotuli non obloquantur. Sed jam nunc prosequere de cæteris.

*M.* Cum igitur omnia fuerint annotata, quæ vel constituta sunt, vel per brevia Regis, vel per consuetudinem Scaccarij computanda, sic compotus velut in seclusus relinquitur, & ad alia convertuntur; nec enim & quietus est vel & debet in Annali scribetur, per quæ scilicet compotus consummatus dicitur, donec de omnibus quæ in Summonitione continentur tatisfecerit; cuius rei causa satis ex consequentibus liquere poterit; post compotum de Corpore Comitatus hoc est de principali firma, qui sicut prædictum est usque in finem in seclusus relinquitur; post modum interstitium perimitur compotus de Veteri firma Comitatus, hoc est quæ casu aliquo de anno præterito remanserat; ita tamen si

(*c*) L. R. Intelligite.

(*f*) L. R. pro hac.

(*d*) I. R. expressa juvant non expressa  
fatigant. Verbi gratia.

(*g*) L. R. quia nondum.

(*e*) L. R. sed.

(*h*) L. R. his

Vicecomes qui tunc ministravit mutatus fuerit; quod si idem perseverat etiam hoc anno (*i*), de veteri firma ante inchoatum compotum de nova satisfaciet; & diligenter & distincte scribetur de veteri in principio, & consequenter de nova. Ad hæc noveris mutatum Vicecomitem de firma veteri summonendum, sicut quemlibet aliorum debitorum; non de parte ejus sed de universo; quia firma est cuius solutione differri non debet; sed debitum firmæ veteris, quo tenetur is qui a l' huc ministrat, sufficit sub hoc prætextu verborum summonuisse, *Quicquid debes de veteri firma & nova.* De quo satis supra dictum est in titulo de Summonitionibus.

X. *De excidentibus & occupatis quæ usitatius dicimus de Purpresturis & Escaetis.*

Post hæc autem, facto intervallo, quasi sex linearum, sequitur compotus de excidentibus & occupatis quæ (*k*) nos usitatius dicimus de purpresturis & escaetis. In medio quidem lineæ sit prænotatio literis capitalibus, *De Purpresturis & Escaetis*; in capite vero inferioris sic scribitur; Idem Vicecomes reddit compotum de firma Purpresturarum & Escaetarum, scilicet de x l de hoc & de xx l de illo, & ita deinceps, sicut ex Rotulo perlustrantium Judicum ante conceptum est in annali summa C l. Dehinc in fine ejusdem lineæ ubi summa est, scribitur, *In Thesauro xx l in tot taleis & debet quantum xx l*; vel, *In thesauro liberavit, & quietus est.* Horum autem scribendorum ordinem magis oculata fide quam verborum quantalibet argumentosa descriptione cognosces.

*D.* Quæ sint hæc excidentia, vel occupata, & qua ratione fisco proveniunt, nisi plenius aperueris, non video.

*M.* Fit interdum per negligentiam Vicecomitis vel ejus ministrorum, vel etiam per continuatam in longa tempora bellicam tempestatem, ut habitantes prope fundos qui Coronæ annominantur, aliquam (*l*) eorum portionem sibi usurpent & suis possessionibus ascribant. Cum autem perlustrantes Judices per sacramentum legitimorum viorum hæc deprehenderint, seorsum a firma Comitatus appreciantur (*m*) & Vicecomitibus traduntur ut de eisdem seorsum respondeant; & hæc dicimus purpresturas vel occupata; quæ quidem cum deprehenduntur, a possessoribus sicut prædictum est tolluntur & ab hinc fisco cedunt.

(*i*) L. R. perseverat in hoc anno.

(*k*) L. N. quod nos.

(*l*) L. N. aliqua.

(*m*) L. R. a firma comitantur & Vicecom.

Verum si is a quo tollitur occupatum auctor est facti, simul etiam nisi Rex ei pepercit pecuniariter gravissime punietur; quod si non auctor sed haeres auctoris fuerit, ad penam sufficit fundi ejusdem sola revocatio. Ex quo sane, sicut ex alijs pluribus, Regis misericordia comprobatur; dum patris tam enormis excessus non punitur in filio, qui usque ad factam inquisitionem publicae potestatis jaictura ditabatur. Porro Escaetae vulgo dicuntur (*mm*) quae decendentibus his (*n*) qui de Rege tenent in Capite, cum non extet ratione sanguinis haeres, ad fiscum relabuntur. De his autem simul cum purpresturis (*o*) compoti fiunt sub una scripturæ serie (*p*); sic tamen ut singulorum nomina per ordinem exprimantur. At cum paterfamilias Miles vel serviens de Rege tenens in Capite fati debita solverit, relictis tamen liberis, quorum primogenitus minor est annis, redditus quidem ejus ad fiscum redeant; sed hujusmodi non simpliciter Escaeta dicitur, sed Escaeta cum haerede; unde nec haeres ab (*q*) haereditate, nec ab ipso haereditas tollitur; set (*r*) simul cum haereditate sub Regis custodia constitutus tempore pupillaris aetatis de ipsa haereditate per Regis officiales, tam ipse quam cæteri liberi necessaria percipiunt. Cætera vero quae de ipsa proveniunt, Regijs usibus cedunt. De his autem seorsum compoti fiunt; quia non perpetuo, sed quodam temporali jure fisco debentur. Cum enim haeres nunc minor legitimæ aetatis adeptus beneficia, sibi (*s*) suisque disponere noverit, quod jure sibi paterno dehetur, a Regia munificentia fuscipiet, quidam gratis per solam scilicet gratiam Principis, quidam promissa summa aliqua; de qua cum compotus fiet, dicitur in Annali; Ille vel ille reddit compotum de C 1 de Relevio terræ patris sui; in Thesauro hoc, & debet hoc: de hoc autem ultra in Annali compotus non fiet; cum ad fiscum post hoc (*t*) non redeat. Verum dum in manu Regis est, de hoc sic scribetur in Annali; Ille Vicecomes reddit compotum de firma illius Honoris, si Baronia (*u*) est; In Thesauro hoc; & in procuratione liberorum illius hoc, per Breve Regis; quod ibi ad Seccarium per consuetudinem fiet; & debet hoc, vel & quietus est. Quod si minor est possessio haec, ut sit fundus unus vel duo vel tres, sic dicitur; Ille Vicecomes vel

(*mm*) Excaetae seu Escaetae dicuntur ea quae in manum Domini, puta Regis, excidunt. Exempli gratia: Idem Rogerus [de Stutevill, Vicecomes] reddit compotum de xl s, de duabus dominibus de Baenburg venditis, quae exciderant in manu Regis. Mag. Rot. 31. Hen. 2. Rot. 10. b. Nordumberland.

(*n*) L. N. is.

(*o*) L. N. proprefuris.

(*p*) L. R. deejl serie.

(*q*) L. R. Escaeta cum ab haereditate nec.

(*r*) L. R. deejl set.

(*s*) L. N. & libi.

(*t*) L. R. fiscum prius hoc.

(*u*) L. N. scilicet Baronia.

ille N cui forte Rex ejusdem rei custodiam deputavit reddit compotum de firma terra illius N. quæ fuit illius N. quam rex habet in manu sua, vel quæ est in manu Regis cum hærede; In Thesauro hoc; & debet hoc; vel & quietus est. Attende præterea, quod Honor ille vel fundus dum in manu Regis cum hærede fuerit, omnes Elemosinæ & liberationes indigentium a prioribus Dominis solo charitatis intuitu constituta, his quibus debentur cum integritate solvuntur, & (w) ad Scacearium Custodi computantur: liberationes vero Servientum, qui Dominis suis ad explenda quælibet obsequia necessarij nisi sint, & ob hoc constituuntur, dum Rex possidet, voluntariam habent solutionem. Cum autem in manu hæredis devoluta fuerit hæreditas, oportet eum patris inhærere vestigijs; ut scilicet quoad usque vixerint hij quibus hæc a patre suo constituta sunt vita comite percipienda illis satisfaciat, & post hæc (x) si voluerit, eorum utatur vel non utatur (y) obsequijs.

D. Dixisti si bene merini quod si quilibet de Rege tenens in Capite decedens minorem annis hæredem reliquerit; tandem idem relictus post legitimæ ætatis tempora, quidam gratis quidam promissa pecunia, quod sibi debetur a Rege suscipit. Quod autem sic solvitur, Relevium dicis. Dic ergo si cujuslibet fundi qui de Rege est in Capite, Relevium sibi confimili summa debeat exigi; vel si sub dissimili, quare sic?

M. In propriam te videor armas perniciem. Ex prædictis enim alia conjiciens armatis me vexas quæstionibus. Noveris autem quod Releviorum quæ Regi debentur, secundum dissimiles possidentium status dissimilis summa consurgit: quidam enim de Rege tenent in Capite quæ ad Coronam pertinent; Baronias scilicet maiores seu minores; si ergo pater possessor hujusmodi mortuus fuerit, relicto hærede, qui jam adultus sit, non secundum constitutam de his summam Regi satisfaciet, sed secundum quod a Rege poterit obtinere. Quod si minor ætate fuerit hæres, in custodia constitutus legitimam ætatem præstolabitur; tunc autem vel gratis sicut dictum est vel secundum beneficium Regis sicut adultus hæreditatem paternam nanciscetur: Si vero deceperit quis tenens tunc de Rege feodum Militis, non quidem ratione Coronæ Regiæ, sed potius ratione Baronie cujuslibet quæ quovis casu in Manum Regis delapsa est (z); sicut est Episcopatus vacante sede; hæres jam defuncti si adultus est pro feodo Militis C. sol. numerabit, pro duobus x l, & ita deinceps juxta numerum Militum quos

(w) L. R. defit &  
(x) L. R. hoc.

(y) L. N. defunt vel non utatur.  
(z) L. N. defit est.

Domino debuerat antequam ad fiscum devoluta foret (*a*) hæreditas. Quod si minor annis hæres relictus fuerit, quæ de hæreditate ejus proveniunt ratione Custodiæ tempore pupillaris ætatis fisco provenient sicut dictum est: relictus (*b*) a patre jam adultus pro singulis feodis militum C solvet, vel etiam infra, hoc est L sol. si (*c*) dimidium Militis feodum possederit, & sic deinceps. Nec te lateat quod ejus quem in custodia per aliquot annos habueris & possessionis ejus fructum, cum ad ætatem legitimam pervenerit Relevium repetere non valebis.

*D.* In hac parte pro pupillis lex judicat, quod pijs mentibus bene fedet decernit.

*M.* Sic est; sed de propositis prosequamur. Item est & tertium (*d*) genus Excidentium vel Escaetarum, quod fisco provenit jure perpetuo. Cum aliquis de Rege tenens in Capite perpetrati sceleris sibi conscius fave sit ei objectum fave non (*e*) relictis tamen omnibus per fugam vitæ consulit: vel si super eodem objecto convictus vel confessus, terra simul & vita judicatur indignus; omnia quæ sui juris fuerant mox infiscantur, & redditus omnes annuo immo & perpetuo jure ad Scaccarium a Vicecomite persolvuntur, & quod ex mobilibus eorum venditis provenit Regi cedit (*f*). Similiter si cujuscunque conditionis vir vel cujuscunque (*g*) Domini servus aut liber, metu arctioris Assisæ quam Rex propter sceleratos constituit, a fede sua fugerit, & per constitutos ac lege definitos terminos (*h*) juri se non obtulerit vel excusaverit, vel etiam si acclamante in ipsum vicinia suspectus & postmodum comprehensus, per legem Assisæ constitutam reus sceleris convictus fuerit; omnia ejus mobilia fisco cedunt, immobilia vero Dominis suis. Mobilium vero precia per manum Vicecomitis ad Scaccarium deferuntur, & in Annali sic annotantur; Idem Vicecomes reddit compotum de catallis fugitivorum vel mutilatorum per Assisiam de loco illo (*i*); scilicet de hoc v, de illo x, & sic deinceps per singula capita, expensis eorum nominibus & summis quæ de Catallis singulorum exurgunt; sicut autem in fine summa omnium; & circa finem ejusdem linearum in qua summa est, scribetur, In Thesauro xl l in tot vel tot taleis, & debet xl, vel & quietus est. Haec sunt frater, (*k*) quorum supra meminimus, quæ ad Scaccarium a Vicecomite deferenda sunt, etiamsi

(*a*) L. N. fuerit.

(*b*) L. N. devoluta fuerit, quæ de hæreditate ejus proveniunt ratione Custodiæ tempore pupillaris ætatis fisco provenient, sicut dictum est: relictus autem a patre.

(*c*) L. N. sit dimidium.

(*d*) L. R. est interdum genus,

(*e*) L. R. dicitur non.

(*f*) L. N. deinceps legi cedit.

(*g*) L. R. deinceps conditionis vir vel cujuscunque.

(*h*) L. R. dicitur terminos.

(*i*) L. R. loco N.

(*k*) L. R. sunt super quorum.

Summonitio nulla præcesserit. Sic & Thesaurus effossa tellure vel aliter inventus. Item cum quis Laicum fundum habens, vel quis (*l*) etiam publicis inservit usuris; si hic intestatus deceperit, vel etiam his (*m*) quos defraudavit non satisfaciens, testamentum de prave acquisitis viuis est condidisse, sed (*n*) eadem non distribuit, imo penes se reservavit; quia sic perquisitus incumbens animum possidendi deferuisse non creditur, pecunia ejus & omnia mobilia mox infiscantur; & non summonita per officiales ad Scaccarium deferuntur; hæres autem iam defuncti fundo paterno & ejus immobilibus sibi vix relictis gaudeat.

*D.* Ex præmissis, quæ de Fœneratoribus dicta sunt quæstio gravis animum pulsat, quam velle, si placet, plenius expediri; dixisti enim, cum quis Laicum fundum habens, vel etiam civis publicis inservit usuris &c; ex quibus verbis personarum quædam distinctio (*o*) inter sic delinquentes fieri posse videtur; & alia sit Clericorum, alia Laicorum conditio, cum pares sint in delicto. Item ex eo quod additur, publicis (*p*) inservit usuris, credi potest esse quasdam non publicas (*q*), quibus si quis adhæserit, an legi publicarum subjaceat prorsus ignoro.

*M.* Frustra credidi brevibus & communibus tibi satisfaciendum; cum ex hujusmodi questionem elicias cuius absolutio peritorum quosdam hue usque latuit. Verum quod dicis, ex verbis tuis, Clericorum & Laicorum sic delinquentium videtur esse dispar (*r*) conditio, cum pares sint in delicto, non approbro (*s*): sicut enim in (*t*) gradibus sic & in culpis dissident; juxta verbum illud; quanto gradus altior, tanto casus gravior; in bonis etiam & meritorijs operibus ut quibusdam visum est dispare sunt: Laici enim, qui voti necessitati minus tenentur, ampliorem gratiam promereri videntur; sicut in perversis actibus, hi qui voto religionis inserviunt, gravius offendunt. Sed de his actenus. Habes autem ex præcedentibus unde tuæ quæstionis pars prima valeat absolvii. Ex eo enim quod Clericus uturis inserviens dignitatis suæ privilegium demeretur, parem Laico sic delinquenti pœnam sibi mereatur, ut ipso videlicet de medio sublatto omnia ejus inobilia fisco debeantur. Cæterum sic a prudentibus accepimus. In (*u*) sic delinquentem Clericum vel Laicum Christianum Regia potestas actionem non habet, dum vita comes fuerit: superest enim pœnitentiæ tempus; sed magis Ecclesiastico judicio reservatur, pro sui status

(*l*) *forsan legendum* civis.

(*m*) L. R. is.

(*n*) L. N. set.

(*o*) L. R. quæ inter.

(*p*) L. N. publicis.

(*q*) L. N. publicas.

(*r*) L. R. *dicit* dispar.

(*s*) L. R. opprobrio.

(*t*) L. R. sicut enim & gradibus.

(*u*) L. R. *dicit* In.

qualitate condempnandus : cum autem fati munus expleverit, sua omnia, Ecclesia non reclamante, Regi cedunt : nisi, sicut dictum est, vita comite digne pœnituerit, & testamento condito quæ legare decreverit, a se prorsus alienaverit. Restat itaque, ut quas puplicas (*w*) dicamus usuras & quas non publicas (*x*) expediamus ; deinde si pari lege teneantur, qui in utrisque delinquent. Puplicas (*y*) igitur & (*z*) usitatas usuras dicimus, quando more Judæorum in eadem specie ex conventione quis amplius percepturus est quam commodavit ; sicut libram pro maren, vel pro libra argenti duos denarios in septimana de lucro præter sortem : non (*a*) puplicas autem sed tamen damnabiles, cum quis fundum aliquem vel Ecclesiam pro commodato suscipit, & manente sortis integritate, fructus ejus, donec fors ipsa soluta fuerit, sibi percipit. Hoc genus propter laborem & sumptum qui in agriculturis solent impendi, licentius visum est ; sed proculdubio Sordidum est & inter usuras computandum merito (*b*). Quod si creditor avarus & in ruinam animæ sue pronus in scripto sic exprimi dignum duxerit, ut dicatur ; Notum sit omnibus, quod ego N. debo N. centum marcas argenti ; & pro his centum marcis invadiavi ei terram illam pro xl ; quoisque ego vel hæres meus solvam ipsi vel hæredi suo prædictas centum marcas. Cum post mortem creditoris ad Regis vel Principalis Justiciarij notitiam hujus famosæ cartæ tenor pervenerit : imprimis sædus fœnoris questus condemnabitur, & creditor scripto suo deprehensus fœnator, mobilibus suis indignus judicabitur (*c*). Quod si is cuius fundus est a Rege quomodolibet obtinuerit, ut sic distractus sibi restituatur, in forte (*d*) tota Domino Regi tenebitur, etiamli creditor per biennium vel amplius possederit, Regis tamen munificentia de summa fortis illius taxare consuevit, maxime propter (*e*) singularis gratiæ munus, in quo fidelibus suis debito pralationis tenetur, & tunc (*f*) quia creditoris sed fœnatoris qui fui fidelis (*g*) enormi jactura ditatus fuerat, ratione pullicæ potestatis bona omnia percepturus est. Sunt & pleraque alia quæ singulariter ad fiducum pertinent, quæ non facile sub una Scripturæ serie redigi possunt ; quia non constituta sed casualia sunt. De hijs (*b*) tamen excidentibus hujus tertij generis, non supra post firmas, sed infra post omnia placita compoti sunt ante catalla fugitivorum ; ut ipsa quoque locorum posi-

(*w*) L. R. publicas.

(*x*) L. R. deest publicas.

(*y*) L. R. Publicas.

(*z*) L. R. deest &c.

(*a*) L. N. sortem : nunc puplicas.

(*b*) L. R. deest merito.

(*c*) L. R. deest iudicabitur.

(*d*) L. R. pro in sorte bet & sorte.

(*e*) L. N. m. tunc singularis propter.

(*f*) L. N. & item quia.

(*g*) L. N. fidelis.

(*h*) L. R. his.

tione videantur pro enormibus culpis delinquentium ad fiscum pertinentia.

D. Miror super his quæ dixisti; non (*i*) enim cum prioribus stare posse videntur. Cum enim Ascriptitorum Dominis liberum sit, non solum illos transferre, verum etiam quibuscumque modis distrahere, sicut supra dictum est; & non tantum Catallorum sed & corporum merito Domini reputentur (*k*); mirandum est cum Dominus rerum & hominis rei nil delinquat in legem, quare possessione sua privetur: videri enim justum posset, ut Regis constitutio in personam delinquentis puniret excessum, mobilia vero cum iplis fundis in usus Domini cederent.

M. Movet te quod me movet; verum in his longam fieri moram superfluum credo, cum ab inceptis negotijs aliena sint. Ut tibi satisfiat; propter solam Regis Assisam sic esse cognoscas; nec enim est qui Regiae constitutioni, quæ pro bono pacis sit, obviare præsumat. Quod si Dominis Catalla suorum per Assisam condemnatorum provenirent, forte quia cupiditatis humanæ servida sitis in medio posita est, propter modicum quæstum quidam in necem suorum etiam innocentium grasperantur: ea propter Rex ipse, cui generalis est & a Deo credita cura subditorum hoc ita decrevit ut sic rei legi satisfacientes corpore puniantur, & retentis sibi ipsi mobilibus, domesticis hostibus hoc est Dominis suis non exponantur (*l*): verum sicut jam diximus, sola Regis institutio urgente necessitate pro bono pacis facta, hujus quæstionis principalis solutio est.

D. Video quod non sine causa fit. Nunc, si placet, prosequere. Verum restat in præcedentibus quiddam, quod vellem altius (*m*) si placet, expediri. Dixisti enim, quod fugitorum & mutilatorum per Assisam mobilia summonita ad Seccarium deferuntur, & in Annali suo loco scribuntur: Quid autem de prædonum vel surum Catallis fieri debet non dixisti; si scilicet ad Regeim pertineant, vel cui de jure cedere debeant.

M. Prædonum, qui & fures manifesti dicuntur, & latenter furantium conditio (*n*) dissimilis est; Porro tam horum quam illorum duo sunt genera, ex quorum singulis Catalla diversis diverso modo proveniunt. Prædonum quidem sicut & (*o*) furum quidam ex leges sunt, quos usitatus Uttagatos (*p*) dicimus, quidam non: Uttagati (*q*) vero

(*i*) L. N. nec enim.

*album fratium.*

(*k*) L. R. reputantur.

(*o*) L. R. defunt sicut &.

(*l*) L. R. exponuntur.

(*p*) L. N. uthlagatos.

(*m*) L. N. alcius.

(*q*) L. N. Uthlagati.

(*n*) L. R. pro latenter furantium habet

vel ex leges sunt (*r*) quando legitime citati non comparent, & per legitimos & constitutos terminos expectantur & etiam requiruntur, nec juri se offerunt. Horum itaque catalla sicut & vita in manibus comprehendentium ipsos esse noscuntur, nec ad Regem pertinere qualibet ratione possunt: Prædonum autem bona qui nondum in hanc miseriæ summam delapsi sunt, si comprehendantur ad fiscum proveniunt: surum autem ad Vicecomitem sub quo deprehensi & puniti sunt. Quod si Vicecomes furis causam ad Curiam (*s*) deduci dignam duxerit, ut ibi judicetur (*t*), nihil ipsis fed totum Regi debetur, quod sur ille possedit (*u*). Si vero surem proprium quis infecitus fuerit, & in Curia prima Domini Regis, vel etiam in Comitatu ipsum comprehenderit (*w*), & reuni furti adjudicata lege probaverit; de catallis furis si ad id sufficerit ablata vero (*x*) primum læso restituantur (*y*), præsidente si placet Domini Regis Justiciario de summa ablatorum fide ejus qui petit vel Sacramento: post modum autem ex provida studio-forum pacis institutione, idem de bonis furis tantundem accepturus & (*z*) in laboris & sumptus sui solacium, quantum prius dolo furis amiserat. Haec autem duplex & prudenter procurata solutio ab antiquis Solta (*zz*) & Persolta vel Prosolta non iminerito dicta est: primo enim quod ablatum fuerat & solvitur, & ob hoc Solta dicitur: deinceps pro laboris & sumptus impendio quod adicitur Pro vel Persolta nuncupatur. His in hunc modum expletis, quod fuerat in bonis Rei residuum fisco proveniet.

*D.* Et haec necessaria visa sunt; sed nunc juxta promissum, de censu nemorum, si placet, prosequere.

*M.* Gratulor quod te tam dictuum (*a*) virtutem (*b*) quam dicendorum ordinem memoriter tenuisse conspicio. Superest igitur ut votis tuis satisfacere pro viribus non omittam.

(*r*) L. R. eleges sunt.

(*s*) L. R. pro Curiam habet vacuum spatiolum.

(*t*) L. N. videatur.

(*u*) L. N. possiderit.

(*w*) L. R. Si vero surem Domini Regis vel etiam in Comitatu ipsum ut ibi comprehendunt, & reum.

(*x*) L. R. deest vero.

(*y*) L. N. restitucentur.

(*z*) rectius est.

(*zz*) Exempli gratia: —— Et in Soltis Regis, Willelmo Cumin & Johanni Ma-

riscallo, vj l & xiij s & iiiij d; Mag. Rot. 2. H. 2. Rot. 1. a. Norfolk.

In Soltis Reginæ xl l, per breve Regis, Willelmo Cumin & Willelmo de Haia & Roberto Fot; Ib. Rot. 1. b. Suffolk.

Willelmo C. de xxx l in Soltis Regis per taleam, Et Willelmo Cumin & Johanni Marcello Cs in Soltis Regis; Ib. Rot. 1. b. Suff.

In Soltis, per breve Regis, Aaron Judæo, xxx l; Mag. Rot. 12. H. 2. Rot. 6. a.

(*a*) L. R. dictum; fortasse pro dictum.

(*b*) L. N. tam dictum virtutem quam.

XI. *De Censu nemorum.*

Post compotum Purpræsturarum & Escaetarum sequitur compotus de Censu (*bb*) nemorum, brevis satis & expeditus, sub hoc tenore verborum: Idem Vicecomes vel ille alias N. reddit compotum de xx l, de Censu illius nemoris vel forestæ de Norhamtescira (*c*) ; In Thesauro liberavit, & quietus est. Sunt tamen quædam Forestæ de quibus decimæ constitutorum censuum Ecclesijs majoribus solvuntur ; sicut de Wiltescira, & de Hamptescira Ecclesiæ Sarisburiensi, de Norhamtescira vero Ecclesiæ (*d*) Lincolnensi : cujus solutionis causam sic accepi; quod enim de forestis solvit pene totum vel ejus maxima pars (*e*) ex placitis & exactionibus provenit ; sic igitur per datas decimas illiciti quæstus utcumq; (*f*) redimi posse visi sunt. De his (*g*) autem sic compoti fiunt: Ille vel ille reddit compotum de xx l, de Censu forestæ illius ; in thesauro xvij l ; & in capite proximæ lineæ inferioris sic ; & in decimis constitutis illi Ecclesiæ xl s ; deinde in fine ejusdem lineæ paulo seorsum ab alia scriptura sic, & quietus est. Intellige etiam semel tibi dictum, quod omnia debita & item ea quæ in Thesauro soluta fuerint seorsum ab alia scriptura collocanda (*b*) sunt (*i*) ; ut juventi animo & discurrenti oculo facilius occurant ; quoniam ex solvendis Summonitiones, & ex (*k*) jam solutis Absolutiones fiunt. Post diligentem firmæ principalis Veteris sive Novæ compotum, & item post compotum Purpræsturarum & Escaetarum, & Census nemorum, quæ omnia sicut dictum est annuo jure solvuntur, sequitur Compotus de placitis [&] conventionibus ; in quo primum post modicum intervallum in medio lineæ prænotatio fit quorum scilicet Judicium hic sint.

(*bb*) Preventus annuus Forestarum usitato  
vacabatur Census. Exempli causa, Rogerus  
de Powis [debet] L l, de censu forestæ de  
Dena de v annis quibus tenuit forestam.  
*Mag. Rot. 26. Hen. 2. Rot. 1. b. Salope-*  
*scira.* Idem Vicecomes reddit compotum  
de xxx s, de censu forestæ de Graveling.  
*Ib. Rot. 9. a. Wiltescira.* Walterus Wa-  
leranus reddit compotum de xxv l, de censu  
Novæ forestæ. *Ib. Rot. 10. a. Sudhante-*  
*scira.* Radulfus filius Stephani debet xx l,  
de censu forestæ de Scirwude. *Ib. Rot. 10.*

*b. Nat. & Derbyscira.*

(*c*) L. R. Northamtesir.

(*d*) L. R. disunt & de Hamptescir. Ec-  
clesiæ Sarisburiensi de Northamtescira vero  
Ecclesiæ.

(*e*) L. N. paris.

(*f*) L. R. ubicunque.

(*g*) L. R. hijs.

(*h*) L. R. collocata.

(*i*) L. R. deſt sunt.

(*k*) L. R. deſt ex.

XII. *De*

XII. *De Placitis & Conventionibus quo ordine de his compoti faciuntur cum exacta salvuntur.*

Placita autem dicimus poenas pecuniarias in quas incident delinquentes : Conventiones vero Oblata (*kk*) spontanea. Cum ergo de hijs (*l*) instat exactio, tunc primum Clerico Cancellarij traditur Summonitio ; qui seriatim de singulis urget Vicecomitem, dicens ; Redde de illo X, pro hac causa ; quod si in Thesauro solvitur (*m*) quod requiritur, sic scribetur (*n*) in Annali ; N reddit compotum de xl pro hac causa, et ex ordine tota redigatur in scriptum, In Thesauro liberavit, & quietus est : Si vero per breve Regis quietus est, ut (*o*) diximus numerus exprimitur in Brevi, dicetur ; N reddit compotum de xl, & addat causam ; Deinde paulo inferius in ipsa linea, per breve Regis ipsi N xl, & quietus est ; quod si de C summonitus fit, cum tamen summa debiti sint in Annali xl & C solverit in denarijs, vel de C Breve Regis impetraverit, dicetur ; N reddit compotum de xl in Thesauro Centum Solidos, & debet C Solidos, vel in perdonis per breve Regis ipsi N C Solidos, & debet C Solidos. Et nota, quod in omnibus compotis de placitis & conventionibus singuli per se respondebunt, ut scilicet onus debiti, si non satisfecerit, vel absolutionem si universum solverit, suo nomine suscipiant exceptis Communibus assisis & Danegeldis & Murdris ; de his enim Vicecomes compotum reddit, & super his ipse vel quietus in Annali scribitur vel in debito. Quod si mutatus fuerit (*p*) Vicecomes, nihilominus is qui succedit ei de eisdem respondebit & de eis (*q*) summonebitur ; & nisi satisficerit, per firmam quam soluturus est coercendus est. Quisquis enim in onus ejusdem officij mutato succedit Vicecomite, ab ipso suscepit recripta debitorum Regis in ipso Comitatu ; ut per hoc nosse valeat a quibus quae debeant requiri, cum Summonitionem ad se delatam susceperit. Ad Vicecomitem ergo spectat compotus Communium, ad quem solum pertinet coercio singulorum ; & qui Vicecomes fuerit, dum compotus fit, vel quietus vel in debito hac ratione scribetur.

(*kk*) *Exempli gratia* : Ricardus de Lise-  
wis debet v marcas, pro habenda Magna  
assis versus Galfridum Talebot de terra de  
Streta. Et hoc venit de Oblato Ricardi.  
*Mag. Rot. 1. R. 1. Rot. 9. a. D. r. f. &*  
*Sunerf. tit. De Oblatis Curiæ.*

(*l*) L. R. his.  
(*m*) L. R. solverit.  
(*n*) L. R. scribet.  
(*o*) L. R. ut sicut diximus.  
(*p*) L. R. fuerat.  
(*q*) L. R. his.

D. Teneo memoriter quod fieri debeat cum quis super aliquo debito summonitus Breve Regis detulerit, quod numerum qui requiritur exprimat. Quod si Regis cartam de quietancia rerum ejusdem generis ad Seaccarium deferat; ut sic dicatur; Volo igitur ut haec omnia teneat libere & quiete de placitis & murdris, & his & his, & hujusmodi; nunquid in perdonis erit?

M. Erit revera; sed non dicetur, In perdonis per cartam Regis, vel per libertatem cartæ, hoc vel illud; immo per breve Regis (qq): Quod si carta quidem non specificans sic contineat, libere & quiete ab omni exactione & seculari servitio prædicta possideat; non tamen ab his quæ (r) requiruntur, per hoc quietus est vel in perdonis scribetur: nolunt enim qui assident, speciali debito per generalem absolutionem derogari.

D. Pernitiosa satis est ista subtilitas: qui enim a generibus singulorum liber est, & a singulis generum meretur absolviri.

M. Verum est quod dicas; neque nos dissentimus; sed tamen quid fiat dicimus, non quid forte fieri debeat. Igitur cum de omnibus hijs (s) quæ in Summonitione continentur, vel per numeratam pecuniam vel per Brevia Regis satisfactum fuerit, hac lege scripturæ quæ supra dicta est semper utendum est: verum cum non solverit aliquis universum quod ab ipso requiritur, sed partem ejus vel forte nihil, causa statim a Vicecomite requirenda est cur is solvendo non fuerit. Quod si responderit Vicecomes, quæfuisse se diligenter ejus de quo agitur nec catalla invenire potuisse; Inferet Thesaurarius, Cave tibi; nam hujus rei fidem, scilicet quæfuisse te nec invenire potuisse per quod satisfieri posset, fide corporaliter prædicta confirmabis; Quo respondente, præsto sum; in consummatum compotum fidei susceptio differetur; ubi (t) super multis consimilibus semel data sufficiat. De hac tamen fide jam circa initia plura dicta sunt, & restant aliqua suo loco dicenda.

(qq) *Antiquitus in Magno Rotulo scribitum est, In Donis seu In Perdonis huic vel illi. Exempli causa: — Et Cadawadadro viij l de præstato Regis. Et in Donis per breve Regis, Maddoch viij l & x s, Et Gernetto xl s, et Hoclo filio Joaf xl s. Mag. Rot. 3. Hen. 2. Rot. 5. a. Salopescira. Walterus de Lindefia r c de x marcis: In Perdonis, per breve Ricardi de Luci, ipsi*

Waltero x marcæ; quia debent requiri de Comite Willelmo, Per idem breve; Et Quietus est. Mag. Rot. 13. Hen. 2. Rot. 11. a. Cantebr. & Hunt. Cuius etiam rei plurima exempla in præcedenti bijloria meas sunt.

(r) L. N. hijs qui.

(s) L. R. his.

(t) L. N. ut super.

XIII. *De distinctione personarum quæ solvendo non sunt; de quibus a Vicecomite fides offertur, & sub quo tenore Verborum fides detur.*

Porro hic primum distinguendum est circa debitores & debita; ut in quibus fides oblata locum habeat, & quibus non, tibi constet: si enim Miles, vel Liber alias, vel ascriptitius, vel qualibet hujusmodi cujuscunque conditionis aut Sexus persona, Regi tenetur in quovis debito, quod quidem pœna sit pro excessu, non oblatum spontaneum, fide illa Vicecomitis oblata & in fine suscipienda contentus erit Theſaurarius; & iterato scribetur debtor in hoc Annali, sicut in præterito, vir vel mulier cuius actio per inopiam inanis facta est; verum secus est si debtor ille de quo queritur Civis est vel Burgensis, si scilicet genere civis sit, vel facta sibi necessitate commorantium civium legibus sponte se subjecerit; non enim sufficit Vicecomiti, quod horum si qui de requisita summa non satisfaciunt mobilia tamen solvat, vel quæſisse se nec invenisse fidem offerat, ut sic ad Scaccarium liberetur, nisi eorum & domos & fundos & quoslibet urbium redditus infiseat, & penes alios collocet, ut vel sic debita Regi pecunia proveniat; quod si non inveniantur qui suscipiant, parentibus sibi invicem ejusdem conditionis hominibus, domos eorum seris obstruat, & fundos diligenter excoli faciat. Si vero interim hijs solverint quæ requiruntur, ad proprietarios ipsos per manum Vicecomitis sine molestia quæ sui juris sunt reddent.

*D.* Mirari satis non possum, ubi culpa dispar non est, cur genus hoc hominum gravius lex nostra coerget.

*M.* Maxima pars possessionis eorum qui fundos habent & per agriculturam sustentantur, in pecudibus in animalibus & in frugibus est, & item in hijs quæ non facile coabitantium notitiam possunt effugere: at hijs (*u*) qui mercimonijs inserviunt, & qui parcentes sumptibus, multiplicandis possessionibus totis viribus & modis omnibus insistunt, in numeratam pecuniam sollicitior cura consistit. Per haec enim, commercia faciliter exercentur; & possunt haec in locis tutis & ignotis facile reponi: unde fit ut sepe qui dives est, non patentibus his quæ latent, pauper reputetur: propter haec (*v*) igitur in hos gravius lex illa decernit; quia superabundans (*x*) pecuniarum puteus non de facile videtur exhaustus.

(*u*) L. R. his.

(*w*) L. R. hoc.

(*x*) L. N. superabundans.

D. Quid Assisa communis, & quis vel quo ordine de ipsa respondeat, ex prædictis magna ex (*y*) parte jam constat. Nunc si placet de Auxiliis, vel Donis Civitatum seu Burgorum; qualiter ex hijs compoti fiunt, & qui principaliter convenienti vel coercendi super his fuerint (*z*) edissere; modus enim coercionis ex prædictis jam patet.

M. Gaudeo te memorem prædictorum; & hinc, fateor, me magis animasti. Noveris itaque quod plurimum interest, si Donum vel Auxilium Civitatis per singula Capita commorantium in ea a Justicijs constituatur: vel si Cives summam aliquam quæ Principe digna videatur Justiciarijs offerant & ab eis suscipiantur (*a*): dispar enim in his duobus modus est coercionis; si enim per singulos a Judicibus constitutum est Donum, & quilibet eorum solvendo non fuerit, lex prædicta de Civibus non solventibus servatur; ut scilicet dominibus & redditibus usque ad solutionem privetur. At si dictum est (*b*) a Civibus, dabimus Regi mille; & haec summa digna suscipi judicetur; ut statutis terminis eadem exurgat ipsi provideant. Quod si forte excusare cœperint, allegantes quorundam inopiam (*c*) qui in aliqua parte summae hujusmodi tenebantur; tunc diligentur hoc est per fidem Vicecomitis inquirendum est, si a tempore constituti per eosdem Civis Doni vel Auxiliij hij tales extiterint ut solvere non valerent; quod si inventum fuerit, provideant (*d*) alios ex quibus summa prior exurgat, vel per Commune (*e*) distribuatur quod restat; verum si tempore constitutionis habundabant, sed lege fortunæ natura mobilis nunc egeant (*f*), sustinendum est de hijs (*g*) quoisque per Dei gratiam ditentur.

D. Cerno quod in omnibus modum servantes semper Regijs commodis inhæretis.

M. Memoriter tenes quid de Civibus vel Burgensibus non solvenibus fit agendum. Quod si forte Miles aliquis vel Liber alias (*b*) a sui status dignitate quod absit degenerans, multiplicandis denarijs per publica mercimonia, vel per turpissimum genus quæstus hoc (*i*) est per fœnus insliterit, & exacta sponte non solverit, non per fidem tantum de (*k*) non inventis Vicecomes absolvetur, verum cum haec (*l*)

(*y*) L. N. pro parte.

(*z*) L. N. hijs fuerit.

(*a*) L. R. suscipiat.

(*b*) L. R. *deēſt* est.

(*c*) L. R. corundem inopiam.

(*d*) L. R. provideat.

(*e*) L. N. Communem.

(*f*) L. N. *defunt* sed lege fortunæ natura mobilis nunc egeant.

(*g*) L. R. his.

(*h*) L. R. vel liberalis a.

(*i*) L. R. *deēſt* hoc.

(*k*) L. N. *deēſt* de.

(*l*) L. R. hoc.

Præsidenti suggesserit, districtum ab ipso mandatum fuscipiet ut de summa quæ ab illo requiritur statutis terminis solvenda fidejussores inveniat; quod si noluerit, omnes ejus redditus infiscentur; ut in hac parte merito fiat hijs (*m*) similis qui multiplicant quoctunque modo rem.

*D.* Dignum revera est, ut à statu suo pro turpi quæstu recedens degener Miles vel Liber aliis, præter communem Liberorum legem puniatur. Sed jam nunc si placet edissere, quæ sunt quæ pro catallis ejus qui Regi tenetur debeat imputari, & utrum ab omnibus omnia tollenda sunt a Vicecomite, quoisque summa quæ requiritur exurgat, quando scilicet principalis debitor exæcta sponte non solvit.

XIV. *Quæ Catalla debitorum vendenda non sunt cum ipsi sponte non solvunt, & quis in vendendis ordo sit observandus.*

*M.* In pelagus me quæstionum impellis, nescio, Deus scit, qua emersurum. Noveris itaque, quod sic iterum personarum distinctio necessaria est, sicut ex consequentibus liquebit; vellem tamen in hac parte mihi parceres, ne pluribus displicitura proferre compellas.

*D.* Dum a legis constitutæ tramite non exorbitaveris, justam prudentis offendam non mereberis: quod si cui grave videbitur quod lex statuit, ei qui condidit irascatur non tibi.

*M.* Ab initio debitor tibi factus sum ex promisso. Hinc est, quod volens (*n*) teneor parere vel volenti (*o*) petenti. Debitorum igitur qui exæcta sponte non solvunt Catalla quæ licite venduntur, sunt eorum mobilia ac sese moventia; qualia sunt aurum, argentum & ex hijs (*p*) vasa composita, lapides quoque preciosi, & mutatoria vestimentorum, & hijs similia; item equorum utrumque genus, usuales scilicet & indomiti, armenta quoque boum & greges ovium, & cætera hujusmodi; frugum etiam & quorundam viætualium mobilis est natura; ut scilicet libere vendi possint, deducetis necessarijs sumptibus debitoris ad sola viætalia, hoc est ut necessitati non superfluitati, & item ut naturæ satisfiat non crapulæ; nec soli debitori, sed uxori ejus ac filijs ac familie quam prius exhibuerat dum sibi viveret, huic necessaria ministrantur.

*D.* Quare dicas quorundam?

*M.* Viætalia quæ ab eis cotidianis usibus præparantur & quæ sine

(*m*) L. R. his.

(*n*) L. R. nolens.

(*o*) L. R. defunt vel volenti.

(*p*) L. R. deit hijs.

sui mutatione usibus (*q*) accommodantur, qualia sunt panis & potus, nulla ratione vendi possunt; victualium igitur ea duntaxat, quæ præter usus necessarios ab ipsis dominis reservanda fuerant ut venalia fierent, licite venduntur, qualia sunt carnes sale conditæ, casei, mella, vina, & his similia. Et nota, quod si debitor ille qui solvendo non est, Militiæ cinguluni semel obtinuerit, venditis cæteris, equus tamen ei, non quilibet sed unus (*r*) usualium reservabitur; ne qui dignitate factus est eques, pedes cogatur incedere. Quod si Miles ejusmodi fuerit, quem juvat armorum decor & juvat usus eorum, & qui meritis exigentibus debeat inter strenuos computari, tota sui corporis armatura cum equis ad id necessarijs a vendoribus erit liberrima; ut, cum oportuerit, ad Regis & regni negotia armis & equis instructus possit assumi. Si tamen hic idem cui lex in parte pepercit, audita necessitate Regis vel Regni, delitescens se absentaverit, vel ad hoc vocatus non venerit, sic tamen ut (*s*) non proprijs, sed Regijs stipendijs militet, & evidenter absentiam suam non excusaverit, nec ab his venditores temperabunt; sed solo contentus equo propter dignitatem Militiæ sibi relicto juri communi vivat obnoctius. Caveat autem Vicecomes & venditores suos præmonuerit in vendendis hunc ordinem observare; mobilia cujusque primo vendantur, bobus autem arantibus per quos agricultura solet exerceri quantum poterint parcant; ne ipsa deficiente debitor amplius in futurum egere cogatur. Quod si nec sic quidem summa quæ requiritur exurgat; nec arantibus parcendum est. Cum igitur omnia, quæ ad ipsum specialiter pertinent venalia venundata sunt; si nondum satisfactum est, ascriptitorum ejus fundos adeant, & eorum catalla licite vendant, ordinem simul & legem prædictam observantes; hæc enim ad Dominum pertinere noscuntur, sicut supra dictum est: quo facto, sive sic de requisita summa satisfactum sit sive non, venditores jubet Lex nostra quiescere (*t*); nisi forte Scutagium sit quod a Domino requiritur; pro Scutagio namque si non solverit qui Regi tenetur Dominus principalis, non tantum propria sed & Militum suorum & ascriptitorum catalla passim venduntur; ratio namque Scutagiorum Milites suos magna pro parte respicit; qui non nisi de Militibus & ratione Militiæ regi debentur. Vidi tamen ego ipse cui nondum cana memoria est (*u*), pro singulis debitibus eorum qui non satisfaciebant, non solum propria sed etiam Militum (*w*) suorum & ascriptitorum Catalla licite vendi. Sed illustris Regis constitutio in

(*q*) L. R. usibus.(*r*) L. N. sed usus.(*s*) L. R. deest ut.(*t*) L. N. deest Lex nostra quiescere.(*u*) L. N. deest est.(*w*) L. N. sed & multum suorum.

Scutagijs tantum hoc observari decrevit, ordine servato ut prius propria dehinc aliena vendantur. Quod si Milites ea quæ de feodis suis proveniunt Domino solverint, & hoc oblata cautione probare voluerint, pro hijs quæ a Dominis requiruntur catalla sua venundari lex prohibet.

XV. *Quod Vicecomes a Debitoribus debitoris illius qui Regi non solvit debitam Regis summam suscipiat.*

Item admonendus est Vicecomes ut diligenter & sollicite quantum poterit investiget (*x*) si quis in Comitatu suo debitori illi in solutionem sibi præstatae vel penes eum depositæ pecuniæ teneatur: quod si inventum fuerit, a debitore illo summa illa quæ ab ejus creditore qui Regi tenetur requiritur, exigatur, & ne ei super eodem respondeat auctoritate publicæ potestatis inhibeat.

XVI. *Quod Vicecomes a fundis ejus, qui non solvit, quod requiritur percipiat, etiam si eisdem, ex quo Regi teneri cœpit quomodolibet alienaverit.*

Item, si debitor a tempore quo Regi teneri cœpit, fundum suum vel redditum alij locaverit, vel pignus pro pecunia dederit, vel etiam quod absurdum tibi forte videbitur dominium ejus per venditionem a te transtulerit; si alias inventa non sunt per quæ Regi satisfiat, quæcunque persona fuerit, quocunque titulo possessionem nactus fuerit, nihilominus ex eodem (*y*) quod ad Regem pertinet accipietur; salva proprietate domino (*z*) qui justo eam titulo cœperit possidere; nisi forte debitor ille fundi venditi pretium ab initio sponte Regi solverit; tunc enim tuta erit penes emptorem possessio. Hujus autem rei causam, licet distorta modicum & Regiæ nimis utilitati serviens videtur, evidentem tamen & satis justam secundum patrias leges comprobabis. Quisquis enim in Regiam Majestatem delinquisse (*a*) deprehenditur, uno (*b*) trium modorum juxta qualitatem delicti sui Regi condempnatur: aut enim in universo mobili suo reus judicatur, pro minoribus culpis; aut in omnibus immobilibus, fundis scilicet & redditibus, ut eis exhæredetur, quod si

(*x*) I. N. investiget.

(*a*) L. R. delinquisse.

(*y*) L. N. nihilominus ex eadem.

(*b*) L. R. deßt uno.

(*z*) L. N. domino proprietate.

pro majoribus culpis, aut pro (*c*) maximis quibuscumque vel enormioribus delictis, in vitam iam vel membra. Cum igitur aliquis de mobilibus in (*d*) benefacito Regis judicatur, lata in eum a Judicibus sententia per haec verba, Ille est in intercordia Regis de pecunia sua; Idem est ac si de tota dixissent. Laicorum eniam (*dd*) indefinitie, non his pro qualibet tutius est eas accipi, hoc est particularibus, sed semper universalibus aequipollent. Cum igitur fundi illius catalla quæ (*e*) debitor prius distrixit (*ee*) in benefacito Principis adjudicata fuissent, & ipie de requisita summa non satisfecerit, videri potest injulum ut rem non suam in fisci jacturam alienaverit.

XVII. *Quod non sicut Vicecomiti debitam sibi pecuniam a non solventibus suscipere; & quid sit agendum si forte suscepit.*

Item admonendus est Vicecomes propter fidei Religionem quæ ab ipso de non solventibus exigitur, immo quam ipse sponte visus est obtulisse, ut sic a Summonitione sibi facta liberari valeat, ne a debitore quolibet qui Regi non solvit, interim aliqua quæ sibi juste debebantur suscipiat. Non enim verisimile est, non posse Vicecomitem de Catallis ejus invenisse, per quæ Regi debita summa solvatur, qui (*f*) ipsi Vicecomiti sponte vel invitus quod requiritur exsolvit. Si tamen ante dataim fidem per se vel per alium recordatus fuerit Vicecomes de his aliqua se suscepisse, vel etiam post datam, nondum tamen soluto Scaccario diei illius, hoc est dum compotus ejus recens est, & veniens in publicum querula voce se suscepti tunc immemorem (*g*) estitisse fide de his oblata (*h*) confirmare voluerit, susceptam summam nomine debitoris persolvens liberabitur. Si vero quod absit post fidem datam, post solutum Scaccarium per alium hoc innotuerit, non jam suscepta tantum solvens absolvetur: Sed pro excessu suo in Regis benefacito judicandus pecuniariter punietur. Postremo Vicecomitem communis sufficiat, ut post susceptam Summonitionem diligenter inquirat per viciniam, si vir qui solvendo non est, uxorem ducens vel mulier ditiori nubens, vel quovis alio modo ditescat, quatenus de requisitis satisfacere valeat: quod si inventum fuerit, propter fidem Vicecomi solvere compellatur: quod si nihil horum inventum fuerit;

(*c*) L. N. dec̄ pro.

(*ee*) L. N. post distrixit.

(*d*) L. R. & in.

(*f*) L. R. quæ.

(*dd*) Subintelligi videtur sententiae.

(*g*) L. N. immemorem.

(*e*) L. N. quem.

(*h*) L. N. fide de his oblata fide.

poterit

poterit tunc purgata conscientia de hijs rebus fidem dare, & imminentem rerum suarum jacturam declinare.

XVIII. *Qualiter vir pro uxore, vel uxor pro viro convenienda est, cum ille vel illa solvendo non est.*

*D.* Nunquid vir pro uxore, quæ Regi tenebatur, & fati debita jam solvit, vel pro viro suo mulier ei superstes conveniri debet?

*M.* Satis audisti, quod qui adhæret mulieri unum corpus efficitur; sic tamen ut Caput ejus sit. Merito ergo pro ea convenientius est; quia mulier sui potestatem non habet sed vir (*i*). Quod si vir ex ea prolem suscepit, cui ratione uxoris debeat hæreditas, & mortua jam uxore nondum soluta Regi debita pecunia fuerit; vir ille nomine hæredis convenientius & coercendus est; alias autem non. Porro mulier viro suo superstes prolem habens, & in viduitate cum ipsa permanens; ratione prioris, cui debetur hæreditas, convenientia & coercenda (*k*) est; sic tamen ut doti ejus parcatur, quia præmium pudoris est. Quod si relictis liberis alij viro mulier adhæserit; legitimus hæres pro debito patris convenientius est: verum si mulier quæ deliquit & regi tenetur, priore viro sine liberis mortuo, ad alium se cum sua hæreditate transtulerit, debitum ejus a viro (*l*) requirendum est. Hoc est igitur quod petisti. Et sic vir causa uxorius, & uxor causa viri convenienda est. Certum autem habeas, quod semper legitimus hæres qui debitori succedit, pro illo convenientius est: ut sicut in emolumentum sic in onus subeat. Solus autem ascriptitius & is, qui sine hæreditate decedit, venditis Catallis per extreniam mortis aleam a debito liberantur; non tamen ab Annali in quo debita hæc annotantur nisi per Breve Regis auferentur, (*m*) cum scilicet de hijs (*n*) a Thesaurario Regi suggestum fuerit quod inutiliter in Rotulo scribantur, cum nullo pacto fieri (*o*) possit ut ab hijs (*p*) debita pecunia proveniat.

(*i*) L. R. non habet potestatem sui sed vir.

(*n*) L. R. *defunct* de hijs.

(*k*) L. R. convenientia est & coercenda.

(*o*) L. N. *debet* fieri.

(*l*) L. N. *defunct* a viro.

(*p*) L. R. his

(*m*) L. R. offerentur.

XIX. Quid non sit idem modus cobertionis Baronum Regis & aliorum in panis pecuniariorum.

Ad haec nosse te convenit, quod in debitibus Regis requirendis & debitoribus cohercendis, Baronum Regis (*pp*) & cæterorum qui passim pro suis excessibus pecuniariter Regi puniuntur, par conditio non est. Porto de hijs qui de Rege nihil (*q*) habent in Capite, lex prædicta servatur. At si de Rege tenens Baroniam, audita Summonitione fidem in propria persona, vel manu generalis Oeconomi (*r*) quem vulgo Seneschallum dicunt, in manum Vicecomitis dederit sub hac tenore verborum; quod de hac summa & de hac Summonitione grantum (*s*) Baronum Scaccarij die compoti sui faciet (*t*); sic Vicecomes contentus sit.

XX. Quid faciendum cum Oeconomus, qui fidem dedit de satisfaciendo, non comparet.

Si vero die compoti voce præconia requisitus non venerit, nec per se nec per alium satisfecerit Vicecomes quod ad ipsum pertinuit fecisse judicabitur, causa vero haec seorsum in Memorandis Scaccarij præ-

(*pp*) Verisimile videtur, Barones sic appellatos preterea, quod Homines Regis fuerint, (sive summi ac præcipui Regis Tenentes); ut qui Regi hominium vel homagium juraverint; sicut Vir Doctissimus D. Georgius Hickelius in amplo & immortali opere suo notavit; viz. in Thesauro Lingg. Septentr. de Gramm. Anglo-sax. p. 146; & sicut res ipsa loquitur. His Barones seu Magnates noster Cl. Aucter hic vocat Barones Regis; nec immerito: nam priscis temporibus omnes Magnates Anglie (proprie sic dicti) fuerunt Homines sive Barones Regis; quippe qui (sicut hic supra innui, & ante in mea Historia viz. Vol. 1. Capp. 15, 16, 17, fuisse expozui) Baronias suas immediate sive in Capite tenuerunt de Rege. Profecto vir apud Antiquarios Angliae dum vivaret satis clarus, parum recte ut opinor de hac re scriptus. Nominis eius parecendum duxi, tum quia iam Vita sanctus est, tum quia mihi pridem vel amicus vel sedulus fuit. Is in quedam libro suo typis excuso dicit, fuisse olim Barones Regni differentes a Baronibus Regis; itemque Milites ac libere tenentes in Capite de

Regno, alios quam Milites ac libere tenentes in Capite Rege. Per quam quidem distinctionem quid sibi voluit, mihi non est exploratum. Fuerunt olim, nec dubium, Barones improprio sive minus principali sensu sic dicti; qui nempe erant capitales Tenentes seu vasalli Comitum aliorumque Baronum Regis. Fuerunt etiam alij his multo inferiores Barones, magisque improprie sic dicti; quales erant Barones id est Homines Quinque Portuum aliorumque Villarum. Sed nec illi nec isti, quantum scio, Barones Angliae seu Regni fere vocari, aut Baronagij nomine comprehendendi solebant. Si autem voluit nuperus ille auctor fuisse Baronies aliquos (proprie sic dictos) qui Baronias suas tenuerunt non de Rege sed de Regno ipso; et fuisse Milites ac libere Tenentes quia Feoda sua per Militiam tenuerunt de Regno: is mihi videtur lectoribus incutis struere infidias, rem plane chimæricam proponendo.

(*q*) L. N. nichil.

(*r*) L. N. vel per manum Economii.

(*s*) L. N. graantum.

(*t*) L. R. fiet.

cepto Thesaurarij diligenter annotata in finem Scaccarij reservabitur; ut tunc communicato consilio, gravius qui sic deliquit (*u*) puniatur. Quod si post consummatum compotum Vicecomitis sui venerit & satisfecerit; de assidentium gratia, & de legis indulgentia poterat absolvi; verum necesse est ut Vicecomes fidem ejus in Comitatu sub omnium oculis suscipiat: quia si forte qui dederit volens malignari, datam inficiari voluerit, adversus eum ad omnem probationis summam recordatio Comitatus sufficiet. Quod si alias sibi datam Vicecomes confessus fuerit, nihil egisse judicabitur; unde mox de firma sua requisita summa capietur, ut Summonitioni satisfaciat in hac parte dicenti, vel capientur de firma tua.

### XXI. Quid cum veniens non satisfaciat, si Miles est? Quid si non Miles?

Si vero qui fidem se dedisse non diffitetur die nominata venerit nec satisfecerit, si Dominus est, ad Scaccarium quamdui fuderit detinebitur, fide data in manu Marescalli, sicut supra diximus, quod a leugata villæ nisi Baronum licentia non recedet: soluto vero Scaccario illius termini, si nondum satisfecerit, in loco tuto sub libera custodia collocabitur (*w*), quo usque Rex ipse si præfens fuerit, vel Præsidens cum alijs assidentibus, quid de ipso agendum fuerit decernat, qui fidem se dedisse de satisfaciendo confessus, nullo modo fitisfecit; quod si miles vel alius ejus Oeconomus (*x*) venerit, nec satisfecerit, pro fide laesa (*y*) comprehendetur, & Marescallo custodiendus tradetur, post (*z*) solutum Scaccarium licite vinculandus, & in carcere mittendus, sive Miles fuerit sive non. Miles vero super debito proprio non satisfaciens, cum tamen de satisfaciendo fidem dederit, post solutum Scaccarium non in carcere sed infra septa domus carceralis libere custodietur, fide corporaliter præstata quod inde sine (*a*) Regis vel Præsidentis licentia non recedet. Decrevit enim memoranda nobilitatis Rex illustris, ut quisquis Militiæ dignitate præfulget, pro debito proprio, cum pauper a Vicecomite simul & a vicinia reputetur, in carcere non mittatur (*b*), sed scorsum infra septa domus carceralis libere custodiatur: verum quisquis mandato Domini fidem dederit sicut prædictum est Vicecomiti, & veniens non solvit; hunc comprehendi, & in car-

(*u*) L. N. deliquid.

(*w*) L. R. collocatur.

(*x*) L. N. Economus.

(*y*) L. R. pro laesa fide.

(*z*) L. N. primo solutum, & deest post.

(*a*) L. R. & L. N. deest sine.

(*b*) L. N. mutatur.

cerem soluto Scaccario mitti, sive Miles sit sive non, lex statuit: & quoniam liberum est cuiuslibet Baroni, pro debito, quod ab ipso requiritur fidem officialis opponere, ut sic (*c*) interim Vicecomes (*d*) importunitate caret, & de rebus suis opportunius ipse disponat; ne sic [in] immensum Regij mandati videatur auctoritas eludi, *decretum est*, ut comprehenso illo qui laesa fidei reum se non satisfaciens judicavit (*e*), itatim a Vicecomite servientes dirigantur, qui fundos principalis Domini perlustrantes, venditis quoque modo Catallis summam requiritam ad Scaccarium ejusdem termini deferant; & tandem ille comprehensus pro laesa fide iuxta possibilitatem suam pecuniariam pœnam luat, & amplius super eodem debito, etiamsi Dominus præceperit, ad fidem dandam non admittatur.

*XXII. Qualiter Dominus puniendus est, qui sponte Militem exposuit, ut posset interim liberari.*

Principalis etiam Dominus ne hæc inpune præsumpsisse videatur, non per fidem suppositæ personæ sed solum per propriam (*f*) dilationis beneficium promerebitur, si forte super eodem debito (*g*) ipsum iterato summonitioni (*b*) contigerit. Sunt tamen qui credant ut de cætero super eodem debito nec etiam per fidem propriam usque ad Scaccarium a Vicecomite dilationem (*i*) obtineat; quod quidem beneficium dilationis magnum dicunt qui fisco tenentur; possumunt enim interim de rebus suis mitius disponere & dilatae per aliquot tempus solutioni necessaria præparare; quin potius dicunt quod suscepta Summonitione liceat Vicecomiti juxta communein aliorum legem statim in catalla ipsius manum mittere. Hijs ego, fateor, prorsus non dissentio; sed tamen multis judicijs (*k*) & testimonij verisimile videatur procurasse Dominum, ut Miles suis his (*l*) casibus exponeretur, quantum posset ipse vel sic interim liberari; hujus autem rei validissimum est contra Dominum argumentum, si copiosus, si rebus habundus, si solutioni sufficiens a Vicecomite simul & a vicinia judicetur.

*D. Dignum (*m*) revera est ut is (*n*) indultam sibi gratiam demeratur, qui in datoris ejus perniciem eadem abusus est.*

- (*c*) L. R. pro ut sic, nisi sic.
- (*d*) Mallem Viceco iitis.
- (*e*) Malim indicavit.
- (*f*) L. R. proprium.
- (*g*) L. N. deest debito.
- (*b*) elegerim summoneri.

- (*i*) L. N. dilatione.
- (*k*) forsan indicij.
- (*l*) L. R. deest his.
- (*m*) L. N. deest Dignum.
- (*n*) L. N. ut his.

*M. Habes*

*M.* Habes ex præcedentibus utcunque (*o*) distinctum, quæ catala vendi debeant & quæ non, & etiam in quibus personarum discretio tenenda est & in quibus non; tunc scilicet cum debitores, qui in pecuniarijs poenis Regi tenentur, solvendo non fuerint: restat, ut quid de oblatis spontaneis fieri debeat, cum item non soverint, ostendamus.

XXIII. *Quid de sponte offerentibus faciendum, cum & ipsi non solvunt.*

Noveris igitur, quod oblatorum Regi quædam in rem quædam in spem offerentur (*p*). In rem quidem offerri dicimus, cum oblatum a Rege suscipitur, & offerens consequenter pro quo obtulit (*q*) a Rege suscipit; ut si quis pro libertate aliqua, pro fundo, vel pro firma, vel pro custodia cujusque qui minor est annis usque ad annos legitimos habenda, vel pro quovis alio quod ad suam utilitatem vel honorem accedere videatur sponte Regi C l vel C m. offerat, & assentiente Rege statim post oblatum suscipiat optatum. De hijs igitur qui sponte se obligant, & qui Conventione cum Principe facta possidere jam cœperint lex nostra decernit, ut quam diu solvendo fuerint indultis sibi beneficijs gaudeant & utantur. Quod si de Regis debito summoniti solvere defierint, statim careant impetratis; sic tamen ut si manente Scaccario super eodem satisfecerint, ablata (*r*) omnia sine molestia sibi restituantur. Et nota, quod qualiscunque persona, cujuscunque etiam conditionis aut sexus fuerit, huic observantiae de sponte oblatis semper erit obnoxia, ut scilicet Summonitioni satisfaciat vel impetrato careat, nisi Rex ipse obsequij præstiti vel paupertatis intuitu aliquid sibi præter communem legem indulgeat; velut (*s*) si de oblatore grandis summa, ad quodlibet Scaccarium modicum quid ab ipso solvi constituat; & hoc per breve suum Baronibus innotescat. In spem vero dicuntur offerri, cum quis exhibendæ sibi justitiae causa, super fundo vel redditu aliquo Regi summam aliquam offert; non tamen ut fiat, ne in nos excandescas, & venalem penes eum justiciam dicas, immo ut sine dilatione fiat. Noveris tamen non quæcunque sic offeruntur a Principe suscipi, etiamsi modum v deatur excedere: gratis enim quibusdam justitiae plenitudinem exhibet, obsequij præstiti vel solo charitatiis intuitu. Quibus (*t*) autem lege conditionis humanæ nec prece

(*o*) L. R. utrum distinctum.

(*r*) L. N. oblatæ.

(*p*) L. R. degl offerentur seu patius offeruntur.

(*s*) L. N. velud.

(*q*) L. N. optulit.

(*t*) L. R. Quibusdam autem.

nec pretio vult acquiescere, obstantibus interdum eorum meritis qui possidere noscuntur; vel forte proprijs postulantum meritis nequaquam hoc exigentibus qui vel in Regnum vel in Regem ipsum aliquid deliquesceantur: de hijs (*u*) autem sic constituit Rex insignis, ut antequam Rectum habuerint, hoc est (*w*) antequam per sententiam obtinuerint, vel re sibi penitus adjudicata (*x*) ab omni spe ceciderint, de oblatis nichil (*y*) solvant, sed sufficiat de hujusmodi Vicecomes respondere, Rectum nondum habuerunt. Provideat tamen (*z*) Vicecomes ne per ipsum debitorem stet, quo minus causa ejus executioni mandetur, si scilicet juri se nolit offerre, ut hac arte promissa sibi pecunia Rex fraudetur. Cum enim hoc compertum fuerit, dolus ei non subveniet, sed per omnia sic coerceditur (*a*) ac si per sententiam obtinuissest. Hujus autem spontaneæ dilationis est signum (*b*) cum Breve Regis penes se detinens, eo non utitur. Solet tamen cum his miserente Principe mitius agi, qui post promissam pecuniam a causa cadunt, ne spe sua frustrati, rebus etiam sine emolumento spoliati, dupli contritione conterantur.

#### XXIV. *Quid de Relevijs sponte non solutis.*

Sunt item (*c*) tertij generis Obventiones, quæ non videntur prorsus inter oblata computandæ, se magis Fines ad Scaccarium dicuntur; cum scilicet de Rege tenens in Capite Baroniam relicto hærede decederit, & idem hæres cum Rege in quam potest summam componit, ut paterni juris mereatur ingressum; quem finem Relevium vulgo dicimus. Quod si Baronia est, in Regis est beneplacito quæ beat esse summa Relevij; si vero de Escaeta fuerit, quæ in manu Regis deficiente hærede vel aliter inciderit, pro feodo Militis unius hoc tantum Regi nomine Relevij solvet, quod esset suo Domino soluturus, hoc est centum solidos. Sunt autem qui credant eos qui in Relevijs Regi tenentur nec summoniti solvunt, spontaneorum oblatorum legibus obnoxios; ut cum solvendo non fuerint, careant impetratis: at verius dici potest, ut sicut de pecuniarijs pœnis fit sic fiat (*d*) de Relevijs; debita namque filijs ratione successionis hæreditas a lege sponte oblatorum videtur excludere.

(*u*) L. R. his.

(*w*) L. N. deßt est.

(*x*) L. R. adjudicata.

(*y*) L. R. dum oblatis nihil.

(*z*) L. R. pro tamen habet inde.

(*a*) L. N. coerceditur.

(*b*) L. R. deßt signum.

(*c*) L. R. sunt etiam.

(*d*) L. N. fit ut fiat.

XXV. *Quid de avibus oblatis faciendum, & quo tempore summonendae.*

Item fit interdum ut Aves Regie Regi qualibet ex causa promittantur; Accipitres scilicet vel Faltones. Quod si promittens determinans dixerit, Accipitrem instantis anni vel Mutatum; vel locum etiam exprimat, dicens Hibernensem (e) Hispanensem, Norensem dabo; sic satisfaciatur. Si vero nec qui promittit nec cui promittitur determinaverit; in arbitrio promittentis erit, si Mutatum vel non sit soluturus. Sed si integer & sanus a Regis Asturarijs judicetur, quacunque exclusus fuerit, suscipitur. Porro si summonitus dignum suscipi ad Seccarium detulerit, nec sic (f) tum qui suscipiat; etiamsi post hoc in annum vel biennium vel amplius differatur summonitio, nisi quem maluerit, Mutatum scilicet vel ornum solvere non cogetur. Quod si summonitus solutionem quomodolibet differri (g) procuraverit, juxta numerum annorum quibus indulta sibi est dilatio, biennium scilicet (h) vel triennium vel deinceps, mutatum solvet. De hijs (i) autem contra terminum Paschæ Summonitio non fit; quia earum aëstivo tempore rarus est usus; tunc enim Cavearum antris inclusæ diligenter custodiuntur, ut redeat deposita vetustate pennarum decor, & eorum ut Aquilæ juventus renovetur: verum contra terminum S: Michaelis quæ Regi debentur summonentur; ut instantे tunc hyeme Regijs aptentur obsequijs. In cohercendis autem his qui sic se sponte obligant nec solvunt, lex prædicta de sponte oblatis servatur.

XXVI. *De auro Reginæ.*

Ad hæc noverint hij qui in pecunia numerata Regi sponte se (k) ob'ligant, quod Reginæ similiter tenentur, licet expressum non fuerit. Quamvis autem non sit expressum, est tamen promissio compromissum; ut cum Regi C vel ducentas marcas promiserit, Reginæ pariter teneatur pro centum marcis argenti Regi promissis, in una Marca auri; pro ducentis in duabus marcis auri; & sic deinceps. In his (l) autem perquirendis eadem lege Vicecomes per omnia utetur, qua in Regijs usus est, non tamen (m) ante sed post. Cum ergo de Regijs debitiss Summonitiones fiunt, adeit Clericus Reginæ ad hoc constitutus, &

(e) L. R. Hibernicum.

(f) Malim sit.

(g) L. N. solutione differri quomodoliber.

(h) scilicet biennium.

(i) L. N. his.

(k) L. N. deet se.

(l) L. N. nijjs.

(m) L. R. non tam.

addit in Summonitione, De illo habeas (*n*) centum Marcas pro causa illa, & ad opus Reginæ unam marcam auri. Summonita autem ad Scaccarium ab ejus Officialibus ad hoc (*o*) constitutis seorsum suscipiuntur. Noveris etiam quod licet Rex de promissa sibi pecunia (*p*) medium partem dimiserit vel universam, vel etiam summonere distulerit, de hijs tamen (*q*) quæ ad Reginam pertinent, secundum quod sibi visum fuerit per omnia fiet; ut ea nolente neque dimittantur neque differantur quæ sibi debentur (*r*); sed summonita solvantur, & non solventes prædicto modo coerceantur (*s*).

*D.* Nunquid de Promissis Regi citra centum marcas aliquid Reginæ debetur?

*M.* Quibusdam sic videtur, ut usque ad x marcas teneatur; ut scilicet is qui x Regi promiserit (*t*), in una uncia auri Reginæ teneatur; alijs non nisi de C & supra ab initio promissis. De his (*u*) igitur ad præsens cum modestia sustine: quia re nondum terminata, suspensa resolutio est. Litigat sane de his (*w*) Pars Reginæ cum debitöribus; & adhuc sub Judice lis est. De Misericordia autem Judæorum & de Redemptione Monetariorum, sicut de sponte oblatis dictum est, sua portio secundum formam prædictam Reginæ debetur.

*D.* Nunquid in pecuniarijs & sponte oblatis, Clericos & Laicos sine differentia Lex una cohercet (*x*)?

*M.* In sponte oblatis apud omnes lex una servatur; ut siue Clericus siue Laicus qui solvendo non fuerit, donec satisfecerit careat imperato. Observatur etiam idem in omnibus alijs quæ quovis pacto Regi debentur (*y*) a Clericis; cum scilicet suæ dignitatis & liberae possessionis privilegium allegare neglexerint: de allegantibus autem quid fieri debeat, a discretis & Deum timentibus Laicis, si placet, rescito; hijs enim ad præsens ex industria supersedeo, ne dicar meæ conditionis hominibus ultroneas leges & mitiora jura dictasse.

*D.* Dixisti, si bene memini, frequenter in manum Regis Baronias vel fundos incidere; vellem igitur si placet explicares quo ordine redditus Escaetarum ad fiscum proveniant; si uno modo vel dissimiliter.

(*n*) L. R. illo has centum.

(*o*) L. N. hæc.

(*p*) L. N. sibi summa.

(*q*) L. R. hijs autem quæ.

(*r*) L. R. desunt quæ sibi debentur.

(*s*) L. N. cohercentur.

(*t*) L. R. qui Regi promiserit x.

(*u*) L. N. hijs.

(*w*) L. N. hijs.

(*x*) L. R. Clerici & Laici sine differentia cohercentur.

(*y*) L. R. desunt quæ quovis pacto Regi debentur.

XXVII. Quod aliter de firmis atque aliter de Custodijs respondendum, &  
sub alio tenore fides danda.

*M.* Cum in manum Regis Baronii vel magnum aliquid excidit, mandato ejus vel Praesidentis ad hoc differenti utriusque Ordinis viri diriguntur, qui (z) singula perlastrantes redditus corundem in summa redigunt, & de hac (a) in Seccario teneri Vicecomitem vel quemlibet alium constituunt: satisfaciens igitur de hac summa is qui ad hoc constitutus est, in dea ijs vel brevibus vel taleis, subsequente fide de legitimo compoto, meretur absolvi; & de ea (b) sic scribetur in Annali: Ille vel ille reddit compotum de firmi Honoris illius; in Thesauro hoc; & (c) quietus est; vel & debet. Verum cum Rex Escaetae suæ custodij fidei alicujus commiserit, ut videlicet quod inde provenerit, ad Seccarium solvat post factum compotum fides illa sub predicto verborum tenore non dabitur: immo quod quantum inde vel in denarijs vel alijs quibusunque rebus suscepit (d) tantum secundum conscientiam suam ad Seccarium solvit; exceptis his (e) dun- taxat vietualibus, quæ ipso nomine xeniorum non procurante, sibi collata sunt.

*D.* Nunquid custos ille de his redditibus vieti necessaria percipit?

*M.* Licet scriptum sit non alligabis os bovi tritauranti; tamen nisi expressio Regis mandato de his nihil (f) percipiet; proprijs enim stipendijs, quisquis ille fuerit, in his Regi militabit: de hujusmodi autem sic in Annali scribetur: Ille vel ille reddit compotum de exitu illius Honoris per veredictum suum. Cum igitur de omnibus praedictis constitutis vel casualibus factum fuerit, & fuerint singula per ordinem autentice Rotuli scripturæ deputata, convocatis omnibus assidentibus ad principalis firmæ compotum consummandum, qui in summo Rotuli annotatus est redditur, & hoc ordine perficitur; soluta hoc Termino a Vicecomite firma de qua examen factum est, In primis a Calculatore per numerales acervos in distantiam virgarum spatijs distribuetur; deinde facta detractione per combustionem, sicut supra dictum est, eadem dealbatur, & appensi sibi talea combustionis, quæ tamen Vicecomiti non computatur, summa quæ relinquitur in tileam

(z) L. N. quæ.

(d) L. N. rebus suscepit.

(a) L. R. h.c.

(e) L. N. hijs.

(b) L. R. eo.

(f) L. N. hijs nichil.

(c) L. R. degt &.

redigitur. Similiter & quod solutum fuerat in Termine Paschæ, & dealbatum in eadem talea sic (g). Et combustio de eodem termino cum combustionē finalis termini mittitur; ut una sit utriusque solutionis talea, & similiter una combustionis: quo facto Thesaurarius Rotulum exactorum cuius supra meminimus proferens, summam quæ de Comitatu illo per acervos supra & seriatim (h) disponi facit; ab hac igitur imprimis quod solutum est in Thesauro & dealbatum detrahitur; deinde quod Rex de firma Comitatus contulit aliquibus Bl[ancum]; Post haec iterum, quæ alias soluta sunt per brevia Regis vel aliter, per acervos disponuntur, & hæc per subtractionem xij denariorum (i) e singulis libris dealbantur, sicut quæ in Thesauro solvuntur dealbata per combustionem. Tunc ergo fit inferioris expensæ a superiori summa detractio; & si penitus absolvî meruerit, in fine compoti ejusdem literis patentibus scribitur, & quietus est; vel infra in capite lineæ inferioris, & debet; & tunc demum consummato compoto numerus solutorum in Thesauro apponitur ei quod jamdudum diximus scriptum in Thesauro, & quod fuerat huc usque sic ex (k) industria relatum (l), ne forte cogatur abradere qui scribit; quod maxime circa numeros & nomina & causas jamdudum vitandum diximus (ll).

*XXVIII. Quid fides de legitimo compoto semel data sufficiat per universum.*

Consummato vero sicut dictum est de Corpore Comitatus compoto, a Marescallo fides Vicecomitis sub forma prædicta semel suscipitur, & sic absolutus dimittitur. Fuerunt tamen qui crederent, de singulis per fidem firmandis sigillatim fidem a Vicecomite dandam; ut (m) quotiens diceret sic esse aliquid quod sola posset fide confirmari, totiens fidem daret: Sed a prudentibus & legis Divinæ peritis pernicioса satis via est subtilitas; cum semel fidem dederit se legitimum per omnia compotum salva Conscientia fecisse. Ea propter hæc sententia post

(g) L. R. talea sit.

(h) L. N. disunt & seriatim.

(i) L. R. xij d.

(k) L. N. deq[ue] ex.

(l) f[ac]tum p[ro]p[ter] te[st]um.

(ll) Hæc est, ni fallor, auditoris mens.

Quum referatur enim etus in Rotulam An-

nalem, & scribendum erat, in Thesauro sum-

ma illa; relinqu solebat in Rotulo Annali vacuum spatiū; in quo spatio summa illa inscribatur, finito demum compoto; nec ante; ne qua forte postmodum causa effet mutandi summam aut verba quævis emphatica, per Rotuli r[ati]onem.

(m) L. R. & quotiens.

modicum meruit cum suo auctore (*n*) contempti; & una fide, hoc est semel data, contenti sunt; quia in unius fidei confessione unum sunt (*nn*).

*D.* Sentio, jam languente stylo, quod dicendorum finis adesse festinat; verum licet instantis noctis crepusculum & productioris operis labor prolixior ad alia (*o*) nos evocent, & paululum respirare compellant; vellem tamen, si fieri posset, ut suspensam & hactenus fluctuantem in verbo tuo discipuli tui mentem (*p*) confirmares, ostendens quid sit, quod ab initio dixisse te recolo, totam scilicet Scaccarij descriptionem, quædam esse Sacramentorum latibula, quæ revelanda sunt cum omnium libri aperti erunt & janua clausa.

*M.* Magnum est quod quæris & alterius egens inquisitionis; nec his (*q*) exponendis ex promissō debitor tibi (*r*) factus sum. His (*s*) igitur ad præfens supersedeo, in alterius diei disputationem eadem reservans; vereor quidem ne si pluribus onerato novam sarcinam impunerem, sub pondere deficeres; item si jam dictis, & memoriarum commendandis novarum rerum studia consuerem, utraque te fastidire compellerem. Contentus ergo jam dictis esto, ad quæ me cogisti; habes enim in his (*t*) quantum inadidæ se potuit offerre memoriarum quæcumque circa Scaccarij scientiam potiora tibi visa sunt, initialiter utcunque distincta. Ceterum ad singula, quæ tractu temporis videri poterunt necessaria, ungue tenus explananda, nec virtus hominis nec vita forte sufficeret; ex varijs enim & insolitis casibus vel nulla fiet vel adhuc incognita disciplina. Unde fit ut detractoris linguis hinc potius exponar, dum succedente tempore pleraque dubia nec dum audita proponi continget; de quibus, aut consimilibus cum hic nihil (*u*) invenierint, incipient illudere, dicentes, hic homo cœpit ædificare, & non potuit vel non novit consummare. His ego non dissentio; pessimum namque Magistrum meipsum fecutus sum; feci tamen, te cogente, quod potui, duce caretis & exemplari; de intacta namque rudique silva Regijs ædificijs missa securi ligna (*w*) secui, prudentioris Architecti dolabro complananda. Cum igitur ex hijs Regiæ domus struc-

(*n*) L. R. amare.

(*nn*) H. q. scienudi argutijs sere sibi placebant quo feculb. Cl. auctri fuit.

(*o*) L. R. ad illa.

(*p*) L. R. defunt in verbo tuo discipuli tui mentem.

(*q*) L. N. hijs.

(*r*) L. R. tibi debitor.

(*s*) L. N. Hijs.

(*t*) L. N. hijs.

(*u*) L. N. nichil.

(*w*) L. R. lingua secui.

tura surrexerit, is qui dedit initia, primam licet non præcipuam gratiam mercatur. Valcat Rex illustris.

Explicit Liber Secundus (x).

(x) L. N. dicitur Explicit Liber secundus.

*Nos quorum nomina infra visuntur, qua licuit diligentia ac fide, exemplar Loc impressum Dialogi contulimus cum MS Libro Rubro Scaccarij, mense Junij A. D. 1707, neconon cum MS Libro Nigro Scaccarij de Recepta, mense Augusti eodem anno; altero nostrum Librum prælegente, altero simul exemplar inspiciente.*

THEO. MADOX.

GEORGE HOLMES.

D I S C E P T A T I O

E P I S T O L A R I S

- D - E


Magno Rotulo Scaccarij

omnium id genus qui hodie extant antiquissimo,

R O T U L O

Anni Quinti Regis STEPHANI utplurimum appellato.

O F F I C E S O F T H E P R E S I D E N T



## DISCEPTATIO EPISTOLARIS.

---


Amplissimo & Nobilissimo Baroni,  
 JOHANNI Domino SOMERS,  
 Pari MAGNÆ BRITANNIÆ,  
*Thomas Madox S. P.*

**B**ONI historici est, Amplissime Baro, id agere imprimis, ut lectori constet eorum quæ tradit veritas ac certitudo. Ideo maximi momenti est, ut notitijs & monumentis indubia fidei ubique si fieri possit utatur. Illa autem indubia fidei monumenta dicantur; quæ neimpe scripta erant, Primo, quo tempore geslæ sunt res in ijs contentæ; Secundo, publica auctoritate; Tertio, ab his qui norunt proprie exprimere (pro more seculi) ea quæ descripturi erant;

erant; Quarto, bona fide, sive nullo suāndi aut fallendi studio. Hæc quatuor optime quadrant *Recordis* publicis. Siquidem forte incertum sit, cui demum īculo aut Regis imperio *Recordum* aliquod quod data careat, rectissime assignari debeat; tunc necesse erit, summa ope nitū ad illam incertitudinem tollendam, & rei veritatem in aprico ponendam; præiētum si *Recordum* illud saepē citandum veniat, & magnæ sit fidei ac dignitatis. Sane inest in *Recordo* de quo sum locutus hujusmodi dignitas; inest etiam hujusmodi temporis incertitudo in ea mutantia quam Tibi, Nobilissime Baro, jam submissæ propositurus sum. Submissæ, inquam: immo dissidenter. Ut enim es judicium acutissimum, vereor ne, qui claritati & certitudini es adsuetus, disceptationem hanc meam, umbratilem, imbecillem, & conjecturis repletam, deligneris. Est tanien quod mihi animos addit. In Tegnaculo singularem benignitatem atque candorem. Facile igitur perspicias id quod res est; nec in subiecto quod sua natura est obscurum discutiendo, certitudinem a me exspectabis.

Quocirca Tuo candere fretus ad quæstionem progrediar. Sciendum quod in Scaccario, jam inde a tempore quo illud primo apud Anglos institutum fuit, solemne erat quolibet anno *Magnum Rotulum* compонere: qui Regiorum redditum ac proventuum compotos sive rationes, per singulos *Anglie Comitatus* distinctus, complectebatur; antiquitus vel absolute *Rotulus*, vel *Rotulus Annalis*, postea est usque hodie *Magnus Rotulus Scaccarij* seu *Pipæ*, appellatus. Quamplures hujusmodi Magni Rotuli, annis plerisque Regum *Henrici II*, *Ricardi I*, & *Johannis* scripti, in Thesauraria sive Officio *Pipæ Westmonasterij* conservantur; Recorda, omnium quæ in archivis Regijs usquam vidisse me memini, splendidissima; post Rotulum Censualem quem *Librum Domeslay* vocant; quin ei aequiparanda. Inter illos reconditur etiam ibidem *Magnus* quidam *Rotulus* reliquorum vetustissimus, *Quintus R. Stephani* vulgo dictus. Præclarum & magnificum antiquitatis monumentum; sive scripturam spectemus sive res contentas. Hic *Magnus Rotulus* (seu ut vocamus *Bundellum*) consistit Rotulis per amplis sedecim; ex utraque parte conscriptis; & filo pergamenaceo in capite sive summo consutis. Singuli Rotuli totius fasciculi non sunt vel longitudine vel latitudine ad amissim æquales. Sed permistim longi sunt sive alti (nempe a summo ad imum) quatuor pedes circiter, & lati pedem plus minus unum. Quilibet Rotulus duabus prælargis membranis constat; nisi si qua forte avulsa periret; sicut in *bundelli* Rotulo Quarto fit; cuius una membrana (id est, Rotuli pars dimidia) periret, altera supereft. Facies loci in quo *Magni Rotuli* antedicti aservantur, tri incisa in fronte hujus Dissertationis & in hac pagina visitur. Ob oculos

oculos hominum posui venerabundus. Sane delineatu dignam censuit monuitque me V C *Johannes Talmán* Junior, architecturæ & graphicæ peritissimus, summaque mihi necessitudine conjunctus. Illius



monitis facile obtemperans, delineari atque æri incidi curavi: ut posteris aliquatenus innoteſcant ſacrorum Rotulorum forma ac ſitus. Ille autem eſt figura illius æneæ mens: Capsa inſcripta numero I continent ordines five abacos decem; in quibus conduntur *Magni Rotuli* qui hodie extant vetuſiſſimi: hac nimirum ſerie: abacus primus, five a ſolo altiſſimus, continent *Magnum Rotulum* illum de anno *Quinto R. Stephani* vulgo dictum, alioſque ſeptendecim; nam fingo *Quintum Stephani* cum eſſe qui in mensa expaſtus jacet: abacus ejusdem capſe ſecondus continent *Magnos Rotulos* quindecim, ſcilicet reliquos quantum hodie ſupersunt *R. Henrici II*; nam *Magnus Rotulus* illius Regis Primus itemque *Octavus* diſiderantur: abacus tertius habet *Magnos Rotulos* decem *R. Ricardi I*, duosque primos *R. Johannis*: quintus reliquos *R. Johannis*: quintus priores *Magnos Rotulos* *R. Henrici III*: ſextus alijque habent alios ejusdem Regis ac *R. Edwardi I*. In ſumma, capſa II, III, & IV, complectuntur *Magnos Rotulos* Regum ordine ſuccedentium. Redeo ad rem. Ille de quo loquimur *Magnus Rotulus* omnium vetuſiſſimus (qua eſt infelicitas) data caret; imo nullum quantum reperio temporis veſtigium præ ſe fert. Incertum ergo eſt,

non solum ad quem annum, sed etiam ad cujus Regis imperium, an ad *Henrici I*, aut *Stephani*, aut *Henrici II*, referendus sit. Hinc ab auctorum alijs (*a*) citatus fuit ut Rotulus anni primi R. *Henrici II*; ab alijs (*b*) ut Rotulus anni quinti R. *Stephani*; ab alijs (*c*) ad annum aliquem R. *Henrici I*. relatus. Ego, tamen si illum plus semel nec indiligenter evolvi, cui anno aut tempori assignarem dubius haesi. Quare ad præseis operæ pretium duxi nonnulla in unum cogere & æqua lance librare, quæ huic questioni lumen aliquod immisura arbitrarer.

Imprinisis queratur, utrum sit *Magnus Rotulus* anni primi R. *Henrici II*. Si qui esse crediderunt, his rationibus suffulti videntur. *Magni Rotuli* tamen anni Secundi quam aliorum ferme omnium annorum R. *Henrici II*, continua serie extant; simul videlicet in armario Pipæ eodemque pluteo asservati. Sed nullus reperitur *Magnus Rotulus* anni Primi illius Regis; nisi hic is sit. Hunc autem eum esse ideo conjectabantur, quod juxta & proximo ante *Magnum Rotulum* anni Secundi reponi consuevit. Accedit etiam cujusdam antiqui Clerici de Scaccario in eandem sententiam opinio. Verbi gratia: In dorso Rotuli Sexti hujus Bundelli, membrana secunda, duas notæ visuntur. Una charactere minusculo hujus tenoris, *De tempore Regis Henrici secundi*: altera charactere majusculo ita, *Annus primus Regis H. secundi*. His notas non uno tempore nec ab uno scriptas conjecterim. Utramque autem scriptura similis est illi, quæ temporibus R. R. *Henrici III*, aut *Edwardi I*, circiter usurpata fuit. Haec si Tuæ Amplitudini placet perpendantur. Si quidem *Magnus Rotulus* anni Primi R. *Henrici II*, revera interijt, frustra ejus jacluram figmentis supplere conabitur; vel Bundellum impar in archivo Pipæ juxta positum, vel consuetum plutei ordinem in opem vocando. Atqui forsitan momentior habebitur antiqui illius Clerici annotatio quam superius memoravi, annum primum *Henrici II* designans. Libere dicam. Adeo non semper accuratae sunt veterum Clericorum notæ ejusmodi, ut interdum false deprehendantur, speciatim de rebus diu ante tempora quibus vixerunt gestis. Instantiæ causa: Bundellum sive *Magnus Rotulus* anni trigesimi quarti R. *Henrici II*; in Rotulo de Berrochœira membrana secunda in dorso, inscribitur charactere qualis in usu erat circa tempora R. *Edwardi*, vel Primi, vel Secundi, vel Tertij ineuntis, his verbis, *Annus Secundus Regis H. Secundi*; & juxta scripture recentiori qualis tempore *Henrici VI*, aut *Edwardi IV*, usitata fuit, *Annus*

(*a*) *Spelm.* in *Glossario ad verbum, Achata.*

(*b*) *Dugd.* de *Baronagis passim*; &c.

(*c*) *Prynn.* de *Auro Reginæ, in append.*

p. 5.

*secundus Hen. Secundi.* Quæ quidem notæ tam fuitiles sunt, ut etiam omni probabilitatis specie careant; sicut cuiquam inspicienti facile patebit.

Potiora ego si possum Tuæ Amplitudini proferam. Satis, opinor, certi sumus, quis sit *Magnus Rotulus anni Secundi R. Henrici II.* Illum vir præstantissimus *Alexander de Swereford*, primus auctor sive possessor *Libri Rubri* qui in Scaccario est, nobis digito commonstravit, & ex illo compluseula in *Libro Rubro* citavit de primo Scutagio R. *Henrici II*, & de *Danegeldo* (*d*); id quod etiam in Historia mea superius ostensum est (*e*). Sic autem quoad veteres *Magnos Rotulos* se res habet. Sequens *Magnus Rotulus* præcedenti in compluribus correspondere solet. Adeo ut cognito Rotulo cuiusvis anni, diligens lector facile perviderit alterum alterius sequacem esse; nimirum comparando nomina Computantium, suorumque debitorum summas, sicut in Rotulo unius atque alterius anni scripta cernuntur. Nam Rotulus anni sequentis ita compotum excipere solet, prout in Rotulo præeunte delinebat. Hoc modo: *Ille Vicecomes* se ad Scaccarium sistens, anno puta R. *Henrici II* primo, reddit compotum (vocibus utar Scaccarialibus) de CCCC1 firma Comitatus illius: solvit ad *Receptam* sive ut vocant in *Thefauro*, C1. Et factis sibi legitimis allocationibus, id est, subtraetis pecunijs a Vicecomite erogatis iusfu Regio, alijsque jure subtrahendis, ad CC1: Debet [Regij] C1. In *Magnu Rotulz* proximi nempe secundi anni *Henrici II*, inveniemus regetum ad hunc modum: *Ille Vicecomes reddit compotum de C1 de Veteri firma Comitatus illius*, sive *de firma anni præteriti*; si solvat partem, puta diuinidam, dicetur, *In Thefauro L1*. Et debet *L1*: Si totum perfolvat, *Ille Vicecomes reddit compotum de C1 de Veteri firma*, sive *de firma anni præteriti*; *In Thefauro liberavit*, Et quietus est: Si nullam partem solvat, *Ille Vicecomes debet C1 de Veteri firma*. Et sic de alijs Computantibus perinde ac de Vicecomite, mutatis scilicet mutandis. Pariliter, ex *Magnu Rotulz* anni sequentis invenerit quis *Magnum Rotulum* præcedenti, comparatione reflexi. Præcedens sequentis index, sequens præcedentis. Quandoquidem igitur, Baro eruditissime, compertum habemus Rotulum anni Secundi R. *Henrici II*; rellat, ut illum cum hoc vetustissimo Rotulo conferendo, videamus an hic sit Rotulus anni Primi Regis *Henrici II*, heut ille est anni Secundi. Contuli ego jamdiu est. Sed frustra tentavi concordantiam inter duos istos Rotulos invenire. Nihil dispexi quod fidem faciat conjunctorum annorum

(*d*) *Lib. Rub. Scacc. fol. 47. b. col. 1. Ib. fol. 186. a.*      (*e*) *Hist. Scacc. Vol. 1. Cap. 17. Sect. 1. Kent. Radulfus Picot. & Cap. 16. Sect. 1.*

Rotulos esse. Quinimo alter ab altero tanto cælo differt. Longe diversa sunt nomina Computantium & Deorum quæ in horum duorum Rotulorum uno ac quæ in alio continentur, diversæque itidem summe. Præterea, *Libri Rubri* auctor nomina eorum sigillatim descripsit qui anno Primo R. *Henrici II.*, Comitatuum *Angliae* Vicecomiti suciant. Qorum nomina, ut primum est credere, ex Rotulo Annali anni Primi ejusdem Regis (antequam perierat Rotulus iste) defimpfit. Ea autem Vicecomitum nomina quæ in Vetusissimo hoc Rotulo memorantur, non eadem sunt ac quæ auctor *Libri Rubri* ex Rotulo anni Primi *Henrici II.* excerpit; imo sunt prorsus aliena. Itud comparatio facta indicabit. Hic annotib⁹ quosdam e Vicecomitibus Comitatuum prout in Veteri illo Rotulo habentur; deinde Vicecomites eorundem Comitatuum de anno Primo R. *Henrici II.*, ex fide *Libri Rubri*: Ejusmodi collatio nominum Vicecomitum monstrabit discordiam quæ est eatenus inter Veterem illum Rotulum, & Vicecomites anni illius Primi in *Libro Rubro* recensitos. Subjiciam, si placet, in margine nonnullos etiam Vicecomites anni Secundi R. *Henrici II.*, prout in *Magno Rotulo* anni illius Secundi memorantur: Et collatio anni Secundi cum anno Primo ostendet congruentiam quæ est inter duos annorum illorum Vicecomites: sed hoc obiter. Exempli gratia: Vetus hic *Magnus Rotulus* habet Vicecomites *Effæcæ*, *Ricardum Basset & Albericum de Ver*; *Liber Ruber*, *Ricardum de Lucy*; *Magnus Rotulus* anni secundi R. *Henrici II.*, *Ricardum de Lucy* (f). Vetus Rotulus ponit Vicecomites *Hundredesciræ Ricardum Basset & Albericum de Ver*; *Liber Ruber* *Paganum cognomento Vicecomitem*; *Rotulus* anni Secundi *Henrici II.*, eundem *Paganum* (g). In Veteri Rotulo comperimus Vicecomitem *Kancæ Rualnum*; In *Libro Rubro* *Radulfum Pichot*; In *Magno Rotulo* prædicti anni Secundi *Radulfum Pichot* (h). In Veteri Rotulo legitur Vicecomes *Staffordsciræ Milo de Gloucestra*; In *Libro Rubro* *Robertus de Stafford*; In *Magno Rotulo*

(f) *Ricardus Basset & Albericus de Ver*  
r e de firma de *Effæcæ* & *Hertfordsciræ*.  
*Mag. Rot. 5. Ste. Rot. t. a.*

*Ricardus de Lucy* r e de firma *Effæcæ*;  
In diesato quatuor *xxiiij l xij s ij d* numero.  
*Lib. Rub. Scacc. fol. 184. b.*

*Ricardus de Lucy* r e de firma *Effæcæ*.  
*Mag. Rot. 2. H. 2. Rot. 3. a.*

(g) *Ricardus Basset & Albericus de Ver*  
r e de firma de *Sudreia*, & de *Grentebrugesciræ*. & de *Hundredesciræ*.  
*Mag. Rot. 5. Steph. Rot. 5. a.*

*Huntingdonsciræ*. *Paganus Vicecomes r c*

de quater *xxi l xxxv s viij d Bl. de dimidio anno.* *Lib. Rub. Scacc. fol. 185. a.*

*Hundredesciræ*. *Paganus Vicecomes r c de Veteri firma*; Et idem Vicecomes de *Nova firma*. *Mag. Rot. 2. H. 2. Rot. 2. a.*

(h) *Rualonus Vicecomes r c de firma de Chent.* *Mag. Rot. 5. Ste. Rot. 7. a.*

*Radulfus Pichot r c de iij partibus anni.*  
*Lib. Rub. fol. 184. b.*

*Chent. Radulfus Picot r c de viij l & xiij s & ij d Bl. de Veteri firma*. Et idem Vicecomes r c de *Nova firma*. *Mag. Rot. 2. H. 2. Rot. 12. b.*

anni illius Secundi *Robertus de Stafford* (i). Vetus Rotulus memorat *Gaufridum de Furnell*. Vicecomitem *Devenesciræ*; *Liber Ruber Ricardum de Riveres*; *Magnus Rotulus* anni illius Secundi Comitem *Ricardum [de Redvers]* (k). Vetus Rotulus exhibit Vicecomitem *Glocestr. sciræ Milnem de Glocestra*; *Liber Ruber Osbertum de Westbury*; *Rotulus* anni secundi *Walterum de Hereford* (l). Quid multa? Ex jam adductis exemplis elucet, multum inter se dissidere Veteren hunc Rotulum, & *Librum Rubrum* qui continet excerpta e *Magno Rotulo* anni Primi R. *Henrici II*; elucet etiam, concordiam esse inter *Librum Rubrum* & *Magnum Rotulum* anni Secundi ejusdem Regis. Quid hinc sequitur? Plane hoc; nempe Veterem hunc Rotulum non esse anni Primi R. *Henrici II*: tum quia Vicecomites in Veteri hoc Rotulo memorati, non sunt ijdem ac quos *Liber Ruber* dicit Comitatus tenuisse anno illo Primo; tum etiam quia nomina Vicecomitum de anno hujus Veteris Rotuli, non concordant cum ijs quæ *Magnus Rotulus* indubius anni Secundi illius Regis posuit pro Vicecomitibus ejusdem anni Secundi. Quod ad Veterem illum Rotulum; unicum aliud addam. Nonnihil sane differentiæ mihi videre videor inter characterem sive scripturam illius Rotuli, & Rotulorum tam anni Secundi quam aliorum sequentium annorum R. *Henrici II*. Rotulus ille comparatus cum singulis Rotulis priorum annorum R. *Henrici II*, scripturæ forma magis ab iis, ni fallor, differt, quam Rotuli isti inter se comparati differunt alij ab alijs. Adeo ut, quantum ex scripturæ facie conjectari licet, illum his antiquiorem censerem. Pensatis igitur quæ superius dixi, verisimile videatur, Veterem illum non esse Rotulum de anno Primo R. *Henrici II*. Neque prosector comperire possum, quod ad illum alium annum ejusdem Regis jure referri debeat.

Proximo, considerandum est, Domine Illustrissime, utrum Rotulus ille de quo disquirimus (Veterem voco) rite attribui possit anno

(i) *Milo de Glocestra r e de — de Veteri firma Staffordsciræ, Et idem de Nova firma. Mag. Rot. 5. Ste. Rot. 8. a.*

*Staffordsciræ. Robertus de Stafford r e de firma Staffordsciræ, In Thesano xvij l iiiijs Bl. &c. Lib. Rub. fol. 185. a.*

*Robertus de Stafford r e de firma de Staffortsciræ. Mag. Rot. 2. H. 2. Rot. 6. a.*

(k) *Gaufridus de Furnell, r e de — de Veteri firma Devenesciræ; Et idem de Nova firma. Mag. rot. 5. Ste. Rot. 16. a.*

*Devenesciræ. Ricardus de Riveres r e de quater xx xvij l x s ijd de firma Comitatus.*

*Lib. Rub. fol. 185.*

*Ricardus Comes r e de firma de Devenesciræ. Mag. Rot. 2. H. 2. Rot. 10. a.*

(l) *Milo de Glocestra r e de firma de Glocestræsciræ [Veteri & Nova]. Mag. Rot. 5. Ste. Rot. 8. a.*

*Gloucestr. Osbertus de Westbury Vicecomes r e de CCxlii l x s i d 14. de tribus partibus anni. Lib. Rub. fol. 182. b.*

*Walterus de Hereford r e de viij l x s & v d Bl. de Veteri firma de Glocestra itz. In th. 1. Et Q. e. Et idem r e de Nova firma. Mag. Rot. 2. H. 2. Rot. 10. a.*

Quinto R. Stephani. Nescio qui factum est ut a modernis Quinto illi anno attribueretur; nisi forte ansam præbuit adnotamentum quod-dam parvula pergamena scriptum & hujus Bundelli sive Veteris Rotuli tegumento annexum. Pervulgatum est, Equitem Auratum *Simonds D. et al.*, non insimi subsellij Antiquarium, illud jamdudum annexisse vel annexi jussisse. Ita audierat Vir strenuus *Willemus Prynne* (m), & hodierni etiam fando audivimus. Istius adnotamenti verba sequuntur: *Rotulus Magnus Pipæ de anno 5º Regis Stephani. Qui Rotulus per aliquos contenes annos clausos, errore Librarij in Rotulo 6º, m. 2, in tergo annotatus & signatus fuit quasi Rotulus Magnus Pipæ fuisse anno primo H. H. Quod falsissimum esse ex indubio Rotulus Magnus Pipæ de anno secundo Regis ejusdem facillime evinci posset; cum nulla inibi ratiocinia istis in hoc Rotulo expressis, uti in cæteris omnibus observatum est, respondeant; & nonnulla Vicecomitum anni Primi dicti Regis in Libro Rubro Scaccarij designata fol. 184. b, ab eis in hoc Rotulo exhibitis omnino differunt; Et postremo, quod hic Rotulus sit de anno 5º Regis Stephani, & non de tempore H. I., evidentissime colligi posset ex Rotulo 14º m. 2, & Rotulo 5º m. 1, & Rotulo 12º m. 1, invicem collatis in hoc Rotulo Magno. Hactenus Cl. Duxius. Isque pro certo & evidenti summis, illum de quo loquimur esse Rotulum anni Quinti R. Stephani. Probare conatur hoc modo: Dicit, evidenter liquere posse, si quis Rotulum 14º, 5º, & 12º (particulares Rotulos hujus Faseiculi sive Bundelli) invicem conserre & librare velit. Sed quia instantias quas in mente habuit, speciatim non proposuit, difficile est discernere rectene judicaverit an secus. Circumspexi igitur quam potui oculatissime, ut ipse invenirem, vel instantias quas innuit, vel forsan valentiores in eam quam posuit sententiam. Sequentes acutetigi: In Rotulo 14º, *Brientius filius Comitis* computat de veteri Auxilio Burgi de Warengeford pro Tertio anno, deinde de Auxilio præteriti anni, & postremo de Novo Auxilio, id est de Auxilio anni hujus Magni Rotuli (n). Ecce annus Regis Tertius expresse designatus, & annus Quartus sub nomine anni præteriti; deinde sequitur annus novissimus qui est Quintus. Hinc (ex mente *Duxij*) constat, Veterem hunc esse *Magnum Rotu-**

(m) *Prynne, append. ad Aurum Reginæ, p. 5.*

(n) Et idem [Brientius filius Comitis] reddit compotum de Veteri Auxilio burgi [de Warengeford] tertii anni: In Perdonis, per breve Regis, Burgensibus de Warengeford xv l, pro paupertate eorum, Et Q. e.

Et idem r e de xv l de Auxilio burgi præ-

teriti anni: In Perdonis, per breve Regis, Burgensibus de Warengeford xv l, pro paupertate eorum, Et Q. e.

Et idem r e de xv l de Novo Auxilio burgi; in Perdonis, per breve Regis, Burgensibus de Warengeford xv l, pro paupertate eorum; Et Q. e. *Mag. Rot. 5. Stepb. Rot. 14. b.*

*lum anni Quinti alicujus Regis : Cujusnam vero ? Non R. Henrici I ; id plus justo tempus anticipat : Non R. Henrici II ; Magnus Rotul's anni Quinti R. Henrici II indubius in archivō Pipæ extat : Ideo R. Stephani. Præterea, in supra citato Rotulo 14° hujus bundelli, m. 2, instantia alia occurrit. Reperio Hamonem de Sancto Claro reddentem compotum de Auxilio Civitatis Colecestræ pro tribus nuper exactis annis, his sere verbis, viz. de Veteri Auxilio Civitatis Tercij anni, de Auxilio Civitatis præteriti anni, ac de Auxilio Civitatis ; Tercij anni (ut forte Dewesius voluit) significante annum Tertium R. Stephani, præteriti anni Quartum, & de Auxilio (subaudi, hujus anni) Quintum illius Regis (o). In Rotulo 5° m. 1. b. hoc solum invenio Dewesij opinioni consentaneum, quod scilicet Johannes Belet Vicecomes Surreiæ reddit ibi rationem de præterito Danegeldo quarti anni (p) ; puta anni qui præcessit annum hujus bundelli, nempe Quintum R. Stephani. In Rotulo 4° hujus bundelli, Vicecomes Hamteſiræ reddit compotum de Auxilio Civitatis Wintoniæ anni Tertiij, ac de præterito Auxilio nempe Quarti, ac de Auxilio [novissimo] nempe Quinti (q).*

Hæc dixi ad mentem Cl. Dewesij. Sed fieri potest ut is a scopo erraverit. Si ita ; certe in errorem incidit, quem *Magnos Rotulos* paulo attentius legendo, notandoque usitatum computandi modum, facile cavisset. Nam plane, in supra adductis instantijs, *annus Tertius* non deuotat annum Regis Tertium, sed annum illum præteritum qui est Tertius a præsenti. In hoc casu tunc temporis numerabant retrorsum. Ad hunc modum : Si forte in compoto reddendo descendebant, dixerunt, *Ille reddit compotum de firma Tertiij anni ; Idem reddit compotum de firma anni præteriti ; Et idem reddit compotum de firma hujus*

(o) Hamo de Sancto Claro reddit compotum de firma Civitatis Colecestræ ; In theſauro xxxvij l & xvij s & ij d ; Et debet xxij s & x d Bl[ancos].

Et idem Hamo reddit compotum de j marca argenti, de Veteri Auxilio Civitatis Tercij anni ; In theſauro liberavit, Et Quietus est.

Et idem Hamo reddit compotum de : x l, de Auxilio Civitatis præteriti anni ; In theſauro xij l & ij s & iiiij d. — .

Et idem Hamo reddit compotum de Auxilio Civitatis Colecestræ ; In theſauro x l & x s & x d ; Et in Perdonis, per breve Regis, Omniibus Burgenibus de Colecestra [jum-mam illam] : Summa, ix l & viij s & vj d, Et Quietus est. *Mog. Rot. 5. Ste. Rot. 14. a. m. 2.*

(p) Et idem Vicecomes [Sudteire, feil. Johanncs Belet] reddit compotum de C & de præterito Danegeldo iiiij anni : In Theſauro liberavit, Et quietus est. *Mog. Rot. 5. Ste. Rot. 5. b. Sudreia. m. 1. b.*

(q) Et idem Vicecomes reddit compotum de C & xiiij s, de præterito auxilio Civitatis terciij anni : In theſauro liberavit, Et Quietus est.

Et idem Vicecomes r e de xvij l & xx d, de præterito auxilio Civitatis, In Perdonis &c, Et Q. e.

Et idem Vicecomes r e de quater xx l, de auxilio Civitatis : In theſauro xx l & xiiij s ; Et in Perdonis &c : Et debet xxxij s. *Mog. Rot. 5. Ste. Rot. 4. b. Hamteſiræ.*

anni; seu mutatis mutandis. Sin compotum formando ascendebant, dixerunt, Ille reddit compotum de firma [seu de *Nova firma*]; Idem de firma anni præteriti; Idem de firma anni Tertij; & sic mutatis mutandis, si casu exigente procederetur ad annum Quartum aut Quintum. Ita enim se res habuit. Describenda erant firmarum ac debitorum atreragia, perinde ac firmæ anni præsentis. Idque sere factum est modo superius memorato. Adcoque verba reddit compotum de firma [seu de firma hujus anni] designant annum præsentem sive annum Magni Rotuli; de firma anni præteriti, annum proximo præcedentem; d firma anni Tertij, annum præteritum qui est Tertius inclusive a præsenti; & sic de anno Quarto ac deinceps. Reete ergo judicemus, has & istiusmodi phrases pure a modo computandi, seu compotos in Magnis Rotulis describendi, illis temporibus usitato, resilire. Harum similiusque formularum seu phrasium exempla in *Magnis Rotulis* vetustissimis abundant. Recapitulemus, si placet. In supra posita instantia *Brientij filij Comitis*, is revera reddit rationem de Auxilio Burgi *Warengefordæ* hoc modo: Descendendo computatur; Incipitur ab anno præterito remotiore; Computat de Auxilio anni Tertij, Secundi, ac Novissimi qui est annus hujus *Magni Rotuli*. In instantia *Hamonis de Sancto Claro* firmarij *Colecestræ*, is compotum reddit de Auxilio *Colecestræ* trium annorum, incipiendo ab anno Tertio præterito, & dein progrediendo ad annum Secundum, ac Novissimum. Quin & in instantia Vicecomitis *Hamtescire*, is rationem reddit de Auxilio *Wintonie* eodem prorsus modo. His exemplis addam quædam alia. Anno secundo R. *Henrici II*, Comes *Patricius* computavit de Lxxij s iij d Blancis, firma *Wiltescira* pro anno Tertio: Solvit in Thesauraria Regis, Lxxvj s pro illis Lxxij s iij d blancis; & absolutus recepsit (r). Heic tertij anni denotat, non annum iuperij illius Regis Tertium, is enim nondum advenerat; sed annum præteritum, Tertium a præsenti, nempe ultimum R. *Stephani*. Anno quarto ejusdem Regis com. otus redditur de firma *Londonie*. Incipitur ab anno Tertio, dein pergit ad Secundum, & Novissimum. *Gervahus & Johannes filius Radulfi* computant de anno Tertio ac Secundo; Quinque alij, infra in margine memorati, Vicecomitum officio functi, de anno Novissimo, nempe anno istius *Magni Rotuli* (s). Incipitur, inquiebam, ab

(r) Wiltescira. Comes *Patricius* r e de firma de Wiltescira tereij anni, de Lxxij s & iij d Bl. In Thesauro I xxvj s pro Lxxij s & iij d Bl.; Et Quietus est. *Mag. Rot. 2. 12. 2. Rot. 11. b.*

(s) Gervahus & Johannes filius Radulfi

reddunt compotum de Lxxj l & xxij d Bl. de Veteri firma Lundonie de tertio anno.

Et idem reddunt compotum de firma anni præteriti.

Vicecomites Lundonie. Reinerus, filius Lerengarij, & Gaufridus Bursarius, & Josce Vinitarius,

ab anno Tertio. Quisnam autem fuit iste annus Tertius? Non annus hujusce Regis Tertius regnandi; sed annus præteritus Tertius a præsenti; qui annus Tertius a præsenti erat annus Regis Secundus regnandi. Quodque revera ita sit, hinc apparet. Anno ilio Secundo, *Gervafius & Johannes* supra memorati fuerant Vicecomites *Lundonie* (t). Nec id solum. Enotescit ex summa. Anno secundo in fine compoti debebant Regi Lxxij l & xxij d Blancos: Et in hoc Magno Rotulo anni quarti (nam in Rotulo anni Tertij, quem consului, nullus redditur compotus de illis areragijs) respondent de eisdem Lxxij l & xxij d Blancis de Veteri firma. Anno Sexto ejusdem Regis, Vicecomitis Rothomagi scribitur computatura de firma villæ *Hantonæ Tertij anni, & de Veteri firma, & de Nova* (u): Manifeste, de firma anni Quarti imperij hujus Regis, ac Quinti, & Sexti. In *Magno Rotulo* anni vicesimi primi R. *Henrici II*, *Gervafius de Cornhill* redditum compotum de Veteri firma *Kantij* pro Tertio anno; Idemque de firma ejusdem Comitatus pro anno præterito; Ac *Robertus filius Bernardi* de firma ejus Comitatus pro anno præsenti, sive anno hujus Magni Rotuli (w). Hic per verba *anni terej* intelligendus est, non annus *Henrici II* tertius regnandi, sed annus ejus decimus nonus, videlicet tertius retrorsum numerando ab anno istius Rotuli; per verba *anni præteriti*, annus dicti Regis vicesimus; per verba *hoc anno*, vicesimus primus. Porro, Anno primo R. *Ricardi I*, *Gulfridus filius Petri* computavit ad *Scaccarium de Veteri firma tertij anni de Norbantescira*; & idem de firma anni præteriti (x). Hic certe, *Tertij anni* non denotat annum Tertium imperij R. *Ricardi I*; is nondum advenerat; sed annum Tertium a præsenti, nempe tricesimumtertium sive penultimum R. *Henrici II*, parique modo *anni præteriti* designat tricesimum-

*Vinitarius, & Ricardus Vetulus, & Brihtmer de Haverhell,* reddunt compotum de firma *Lundonie*. *Mag. Rot. 4. H. 2. Rot. 1. a.*

(t) *Lundonia. Gervafius & Johannes* r c de firma *Lundonie* de tribus partibus anni. — *in fine Compoti*: Et debent Lxxij l & xxij d Bl. *Mag. Rot. 2. H. 2. Rot. 1. a.*

(u) *Vicecomitis Rothomagi* debet CC & xxxvij l & iij s Bl[ancos] de firma *Terej anni de Hantona*; Et eadem debet CC & xxxvij l & vs & vd Bl[ancos] de Veteri firma; Et eadem redditum compotum de *Nova firma*; In elemosina noviter constituta Milibus de Templo j marca; Et in decimis constitatis Monachis de Lira & de Corme-

lijs xvij l numero. *Mag. Rot. 6. H. 2. Rot. 3. b. tit. Hantona.*

(w) *Gervafius de Cornhill* redditum compotum de C & xix l & ijs & ij d Bl[ancos], de Veteri firma *terej anni*. *Mag. Rot. 21. Hen. 2. Rot. 13. a. Ghent. m. t.*

*Gervafius de Cornhill* redditum compotum de firma anni præterito —. *H. 2. t.*

*Robertus filius Bernardi* redditum compotum de firma de *Chent* de *hoc anno*. *F. 2. t.*

(x) *Gulfridus filius Petri* redditum compotum de xij l & s Bl[ancos] de Veteri firma *tertij anni de Norbantescira*; Et de xij l & vs Bl[ancos] de firma *anata* *tertii*; In theatro libertari, Bl[ancos] *tertii*. *Mag. Rot. 1. Rot. 1. t. t.*

quartum sive ultimum R. Henrici II. Neque vero ex conjectura tantum hoc dico. Res ipsa loquitur. Nam *Galfridus filius Petri* anno illo penultimo ac ultimo Vicecomes fuerat *Norbantesiræ* (y). Et quidecim anno penultimo, in fine compoti sui debebat Regi xiiij l v s Blancos, itemque anno ultimo alios xiiij l v s Blancos : de quibus duabus summis in *Magno Rotulo* anni primi R. Ricardi I, sub nomine Veteris firmæ Regi plenarie respondit, & absolutus recessit ; sicut infra in margine videre est. Eodem anno primo R. Ricardi I, Burgenses *Cantabrigie* scribuntur Regiæ Majestati obærati pro firma Burgi sui his verbis, viz. *de hoc anno, de quatuor annis præteritis, & de dimidio quinti* (z). Hæc verba, *de hoc anno*, haud dubie significant annum primum R. Ricardi I, & verba, *de quatuor annis præteritis & de dimidio quinti*, ultimos quinque annos (seminianno dempto) R. Henrici II. Hactenus de modo, in compotis describendis, annos retrorsum numerandi. Quin regnante Ricardo I, ac postea, modus iste paulatim defuevit. Et exinde per seriem annorum imperij cujusvis Regis fere numerabant. Ex his quæ dixi, satis ni fallor liquet, Cl. *Dewesij* opinionem cuius superius memini, nullo fundamento innixam. Id aliunde etiam evincitur. Exempli gratia : In hoc *Magno Rotulo* nuncupato Quinto R. Stephani, *Paganus Trenardus* scribitur computaturus de præteritis *Danegeldis* Insulae de Wicht, pro quinque annis, de tempore *Hugonis Gern[un]* : Sic fiunt Quinque anni. Idem *Paganus* computat de Novo *Danegeldo* Insulae : Sieque fit annus Sextus (a). Juxta *Dewesij* opinionem consequeretur, hunc esse *Magnum Rotulum* anni Sexti R. Stephani. At juxta interpretationem quam supra posui, nihil difficile suboritur. Hæc enim est rei summa, quod scilicet hic describitur compotus seu potius notamentum de *Danegeldo* sex præteriorum annorum. Præterea,

(y) *Galfridus filius Petri* reddit compotum de xiiij l & v s Bl., de veteri firma de *Nordhantefira*; In th. l, Et Q. e. Et item de *Nova summa*; In thesauro summam illam; Et in *Flemosina constituta*—, Et in *Terris datis, summam illam*; Et debet xiiij l & v s *Blancos*. *Mag. Rot. 33. Hen. 2. Rot. 8. a.*

*Galfridus filius Petri* debet xiiij l & v s *Blancos*] de veteri firma de *Nordhantefira*. Et idem [reddit compotum] de *Nova summa*; In thesauro summam illam; Et in *Flemosina constituta*—, Et in *Terris datis, summam illam*; Et debet xiiij l & v s *Blancos*. *Mag. Rot. 34. Hen. 2. Rot. — a. iii. 2.*

(z) *Burgenses de Cantabrigia* debent Lx l Bl., de firma Burgi de *Cantabrigia* de hoc anno; Et C & quater xx Bl. de iiii annis præteritis; Et xxx l Bl. de dimidio anno de firma Quinti anni. *Mag. Rot. 1. R. 1. Rot. 11. a.*

(a) *Insula de Wicht. Paganus Trenardus* debet iij l de præteritis danegeldis Insulae v annorum de tempore *Hugonis Gern.*

Et idem *Paganus* reddit compotum de Novo *Danegeldo* Insulae : In thesauro xij l & viij s: Et in *Perdonis*, per breve Regis, *Willermo de Vernun* xxxij s, *Radulfo de Belingeturt* xij d, Et *Quietus est. Mag. Rot. 5. Ste. Rot. 4. b. Hantef.*

*Robertus de Stanlega* in hoc Rotulo memoratur. Constitutum *Glocesterie* tenuisse annis quinque clafpis. Pro eorum uno, tempore mortuorum, debebat Regi Lijj I xix s Blancos, ac pro alio nempe tertio Lxxvij & xij s ij d Blancos: Quas duas suminas *Milo de Glocesteria* vice R. *Wri* (scilicet ut plegius ejus) solvit Regi ad Scaccarium. Simul praedictus *Milo* ut Vicecomes, suo ipsius nomine Regi respondet pro duobus alijs annis, per verba, *de Veteri firma*, & *de Nova* (b). Sicque responsum est in toto pro annis Septem. Inde autem certe non conseq*uetur*, hunc esse *Magnum Rotulum* anni Septimi alicuius Regis. Quia hic utique non alio modo quam regula quam superius posui, res explicanda est. Super hac quæstione hæc dicta sunt.

Restat ut inquiram, Utrum Vetus hic Rotulus sit de aliquo anno R. *Henrici I*. Ad præsens, Amplitudinis Tua venia, negativam quæstionis partem tentaminis causa tueri libet. Propono, non esse Rotulum alicuius anni R. *Henrici I*. Primo, quia in eo nomen R. *Henrici I*, ne quidem semel occurrit. Secundo, quia hic Rotulus commodissime referendus videtur ad annum aliquem paulo post *Matildæ Imperatricis* adventum in *Angliam*; eaque in *Angliam* venit sub initium regni R. *Stephani* (c), Coronæ Regiae quam ille occupaverat adipiscendæ causa; & in hoc Veteri Rotulo de *Imperatricis* in *Angliam* adventu ut de re non ita pridem gesta mentio fit (d). Jam ex altera questionis parte proponam. Priori isti arguento ad hunc modum satishit. In hoc Rotulo non solum R. *Henrici I* nomen non occurrit, sed neque *Stephani*, *Henrici II*, aut alterius Regis. Sunt etiam Rotuli complurium annorum *Henrici II*, in quibus nulla de ipsius Regis nomine fit mentio; de quorum tamen Rotulorum tempore lis nulla est; quoniam id aliunde enotescit. Istud ergo silentium, si quid cerno, in hoc negotio nec prodest nec obest. Secundo arguento obviam itur in hunc modum. Fatendum *Imperatricem* in *Angliam* venisse, ad jus suum contra R. *Stephanum* adstruendum. Sed illa in

(b) Milo de *Glocesteria* reddit compotum de Lxxvij l & xij s & x d Bl. de *Veteri firma Statfordscirie*: In thesauro liberavit, Et Quietus est. Et idem de *Nova firma*.

Et idem Vicecomes r e de Lijj I & xix s Bl. pro plegio Roberti de *Stanlega*, de veteri firma quati anni; Et de Lxxvij l & xij s & ij d Bl. de veteri summa terciij anni, pro plegio ejusdem Roberti: In thesauro xxix l & xij s Bl. Et debet C1 & Lx s Bl.

Robertus de *Stanlega* debet xx marcas argenti, pro Comitatu habendo usque ad

v annos: Et ipse tantum tenuit. *Alg. Rot. 5. Ste. Rei. 8. a.*

(c) Den eren com &c. Postea Regis *Henrici* filia, que fuerat *Imperatrix* in Alamannia, tunc autem erat Comitissi in Angeou, venit Londoniam. *Civ. S. x. p. 241. n. 45. ad I. D. 1140.*

(d) —— de plegiis Regis, quas Rex ei plegit quando Imperatrix venit in *Angliam*. *Alg. Rot. 5. Ste. Rei. 16. a.* Non tamen teneo sic iugatum sed hanc in alijs, fatti da in manu auctoritate.

*Angliam* venit etiam ante illud tempus; nempe post *Imperatoris* mariti sui obitum, regnante R. *Henrico* I: sicut *H. Huntendeniensis, Chronicon Saxonum*, alijque (ut memini) testantur (e). Et quidem *Imperatricis* in *Angliam* adventum cuius in Veteri nostro Rotulo mentio fit, de primo illo adventu potius intelligendum putem. Eruditi Lectores dijudicent.

Jam vero, Nobilissime Baro, Tua pace pro affirmativa quæstionis parte experiri velim. Propono igitur, hunc esse Rotulum alicujus anni R. *Henrici* I. Idque probare conabor quibusdam argumentis ac indicijs ex ipso Rotuli gremio petitis. Dubitandum non est quin *Magni Rotuli* tempore R. *Henrici* I, & antiquius componi consueverint. *Ricardus Thesaurarius Regis* meminit (f) Rotulorum Anna- lium R. *Henrici* I; corumque paucos se vidisse testatur *Alexander de Swerjord* (g); quinetiam is pro admisso sumit, Rotulos Annales sub Rege *Wilhelmo* I fuisse compositos, etsi neminem suo seculo novit qui eos viderat (h). Quod autem ad Rotulos Annales R. R. R. *Wilhelmi* I, *Wilhelmi* II, & *Henrici* I; minime mirum est, si post rabiem bellorum que regnante *Stephano* miserrimam hac gentem lacerabant, eorum plerique, seu tantum non omnes, vel perierint, vel *Alexandri*, qui multis post annis vixit, conspectum effugerint; mirandum potius, nullum aliquem ad suum usque seculum superfuisse. Ad probationem supra propositam festino.

In hoc Rotulo, *Turstinus Eboracenensis* Archiepiscopus solvit Regi debitum decem librarum, quas Rex ei in *Normannia* accommodavit (i). Dabitatur, utrum *Turstinus* habuit in *Normannia* alloquium R. *Henrici* I, an vero *Stephani*. Super ea re disquirendum. *Turstinus* ad fedem *Eboracenensem* promotus A. D. 1114, [R. *Henrici* I anno 15<sup>o</sup>] (k), anticipenique fortunam expertus, postquam federat annis plus minus

(l) Vigesimo sexto anno regni sui rex *Henricus* — adduxit secum filiam Imperatricem unto viro (ut predictum est) viduatam. *Hant. L. 7. p. 383. n. 1, 10.*

Anno Mexxi. C. J. Brizan &c. Annum hunc egit *Heanricus* Rex in *Normannia* ultra autumnani: postea autem venit in hanc terram, atque illum comitabatur sua uxor, tunc item illa, quata olim dederat *Heanrico* Imperatori de Loherenge in uxorem. *Civit. Sax. p. 232.*

(f) *Dial. d. Sac. L. 1. c. 7.* A quibus v. 1. b

(g) — licet ejusdem [Henrici I] paucos inspexerim Annales. *Lib. Rub. fol. 47. a. col. 2.*

(h) Nec Annalia sua [R. *Wilhelmi* I] temporibus meis a quibusquam visa sint. *Lib. Rub. f. 47. a.*

(i) *Turstinus* Archiepiscopus de Everwic reddit compotum de xl, quas Rex ei praeflitit in *Normannia*: In Donis, per breve Regis, eidem Archiepiscopo xl; Et quietus est. *Mag. Rot. 5. Ste. Rot. 3. a. Everwicera.*

(k) *Turstinus* Regis Capellanus ad Eboracenensem

minus viginti quinque aut sex (expulsionis sue tempore inclusi), tandem vita decepsit mense Februario A. D. 1140, [R. Stephani sexto; ut Cl. Godwinus aliquae retulerunt (*l*)]. Quanquam autem *Turstinus* vita imperium utriusque illorum Principum ingrediebatur; attamen multum ut opinor intereat, utram in partem de hac questione statuamus. Preponderant enim, ni fallor, argumenta quæ ex una parte sunt. *Turstinus* sub R. Stephano vixit annis quinque duntaxat & quod excurrit, idque prope vitæ sue finem: sub R. Henrico I, multo pluribus; nempe in præsulatus sui priori parte, antequam ætas ingraueceret. Constat etiam *Turstinum* in Normannia suisse (id quod mox ostendam) tempore R. Henrici I; sed ibi suisse tempore R. Stephani, nulla quantum scio memoria est. Sane Regem Stephanum semel omnino Normanniam adeuntem compieri. *Chronicon Saxonicum* refert illuc transfretasse A. D. 1137 (*m*). Atqui *Turstinum* ibi etiam tunc suisse aut colloquium cum illo habuisse, mihi nondum compertum est. Quin re ipsa parum credibile arbitror, *Thurstinum* Normannum adiisse vel ibi moratum suisse anno illo 1137<sup>o</sup>, qui tribus tantum annis distat a 1140<sup>o</sup>; quo tempore is senio ærumnisque fractus in *Anglia* morti occubuit. Forsan hic objicitur, *Thurstinum* etiam anno proximo scilicet 1138<sup>o</sup> adeo corpore valuisse, ut de facili in Normanniam iter capessere potuit; nam anno illo exercitum coegit duxitque, ad repellendum Davidem Regem Scotorum, *Anglie* fines hostiliter invadentem; de quo, ut aiunt, victoram reportavit. Respondeo. inter Historicos non convenit, *Turstinum* istius exercitus profectioni præliove commisso personaliter intersuisse. Etenim Rogerus de Hovedene, homo Eboracenfis, rerumque borealium tum sui temporis tum etiam antecedentis præ alijs sciens, tradit *Turstinum* tunc morbo detentum (*n*). Praeterea, R. Henricus I, saepè diuque in Normannia agere consuevit. Immo *Turstinus* alloquium ejus ibidem habuit plus semel. A. D. 1116, *Turstinus* R. Henricum I, ad Normanniam mari iter facientem comitabatur (*o*). Eum etiam sub idem tempus, in Normannia Regis

racensem Archiepiscopatum die assumptionis S. Mariae eligitur Wintonie. *Huet.* *Annal.* P. 1. p. 473. n. 10.

(*l*) *Godwin. de Praeful. provinc. Ebor.* p. 31.

(*m*) Anno Mcccxxvii. Op. regis 100 te king Stephen erga præto Normanniæ. *Chron. Sar.* p. 258.

(*n*) Cum autem morbi causa non possit Archiepiscopus Eboracenfis interesse pugna, misit loco iuri Radulfum episcopum Orcadum. *Huet.* P. 1. p. 473. n. 20.

(*o*) Eodem tempore Rex Anglorum Henricus mare transi, comitante tecum Turstino Eboracenfiecli. *I. d. lib. p. 474. n. 10. ad A. D. 1116.*

presentium alijs, memoret *R. Rotuli*; si mentem ejus assequor (*p*). Sit anno decimo & two R. *Henrici I*, *Turpinus iterum Normaniam* jetit, Regemque inventit *R. Rotuli* (*q*). Ex his autem quæ de *Turpinis*. At la p[re]dicto superius dixi, probabile videtur, Regem *Henricum I*, non *Stephani*, decem id v[er] libras in Viteri nostro Rotulo memoratas ei in *Normandia* mutao p[re]dictiſſe.

Hic *Magnus Rotulus* meminit *Stephani Comitis Britannie*. Perdonavit ei Rex sex marcas argenti (*r*). Comes *Stephanus* videtur gratia Regi, potius. Proce Comitis Rex remisit *Gedrico di Belesbi* xx s (*s*). Quidni Comes ille *Stephanus* fuerit Tertius ejus nominis, qui decessit A. D. 1138, si fides *Augyting da Pas* (*t*). Hic autem aliquid incerti subest. Comes *Stephanus* vitam egit tam R. *Stephani* quam R. *Henrico I* regnante. Annus mortis Comitis *Stephani* incidit in annum tertium R. *Stephani*. Fato[rum]. Sed quoniam Comes *Stephanus* vixit multo pluribus annis regnante R. *Henrico I*, quam regnante R. *Stephani*; tanto probabilius videtur, ea que citavi esse potius intelligenda de R. *Henrico I*, quam de R. *Stephani*, quanto Comes diutius tempore illius Regis quam hujus vixit.

Pridem antequam hic *Magnus Rotulus* vetustissimus conficeretur, Episcopatus *Dunelmie* vacavit, sicutque in manu Regis. Quin & ipso anno hujus Rotuli, episcopatu nondum cuiquam collato, census seu redditus praesentis anni, atque annorum precentium arreragia Regi

(*p*) Restitutus ad Pontificatum *Thurstanus* venit Angliam circa Februario mensi, anno scilicet secundo quo ipse in Normanniam ad Regem venerat. *Ead[n]. Hist. Nov. L. 5. p. 121. n. 20.*

(*q*) Que ubi *Thurstanus Eboracensi* innovicauit, relieta Anglia, mare transiit, & Rotomagum venit. Ubi a Rege, quod se inconsulto, transstetaverit, redargutus, ultra procedere inhibitus est. *Ead[n]. Hist. Nov. L. 5. p. 123. n. 1.* *Ex iherus hic non ex parte regis A. D. 1118; sed Turpinus iter recordat paulo post obitum Matildae Regine, quem circa illud tempus obiisse ceterabant Historici.*

(*r*) Et idem Vicecomes [Rainer de Bada] reddit compotum de Lxxij marcas argenti & duanda, de placitis Ricardi Basset de Minutis hominibus; In Thesauro xvij l; Et in Pardonis per breve Regis, Alano de Moncellis xl s, Regi Scotie v marcas argenti, Comiti Stephano Britanniæ] vj mar-

cas argenti, Pagano Peur. xl s &c. *Maj. Rot. 5. Ste. Rot. 12. b. m. 1. Line.*

(*s*) Godricus de Belesbi reddit compotum de v marcis argenti, de eisdem placitis [*sc.* Ricardi Basset & W. de Albini]: In Pardonis per breve Regis, Eidem Godrico xx s, pro amore Comitis Brittanicæ]: Et debet xlvj s & viii d. *Maj. Rot. 5. Ste. Rot. 12. b. m. 1. Line.*

(*t*) Etienne 3. du nom fils d'Eudon premier Comte de Donnonec ou Pentheure, & d'Onguen de Cornouaille, jouit de sa part du dit Comté avec ses frères Geoffroy, Alain, Robert, Derien, & Briend, qui tous se nommoient Comtes de Bretagne, auoient partagé la succession paternelle & maternelle également. — *Histoire Geneal. de Bretagne* p. 9. — L'an mil cent trente & huit déceda le dit Etienne, qui se nommoit Comte de Bretagne, & fut son corps inhumé en l'Eglise Cathedrale de saint Brieuc, près le Due Eudon son pere. *Ib. p. 10.*  
penduntur.

penduntur. *Gaufridus Escollandus* respondet ad Seaccarium Regium de Veteri firma Episcopatus & de Nova, ac de alijs proventibus, formâ qua inferius in margine videre est (u). Eodem tempore *Anschetillus de Wrecestria* reddidit Regi compotum de Veteri firma & de Nova Maneriorum Episcopatus, in alijs (ut conjicio) extra *Dunelmensem* Comitatibus jacentium (w). Notatu autem dignum est, quod vacatio episcopatus *Dunelmensis*, qua durante redditus ejusdem anni Regi in hoe *Magnus Rotulo* penduntur, est eadem vacatio quæ accidebat antequam *Gaufridus Cancellarius* ad Sedem *Dunelmensem* promoveretur. Id clucet ex hoc *Magnus Rotulo* ac Historia *Dunelmensis* una comparatis. Quid *magnus* hic *Rotulus* declarat jam modo recensui. Historia *Dunelmensis* testatur Episcopatum eo tempore aliquantiꝝ per commissum *Gaufrido* illi quem *Escoilandum* vocat & euidam *Hugoni de Annundavilli* (x). Item *Magnus* hic *Rotulus* prodit, *Gaufridum Cancellarium Regis ha-*

(u) *Gaufridus Escollandus* reddit compotum de quater xx l & lvij s & vj d, de remanente firmæ Episcopatus de tempore Episcopi. Sed de istis habuit *Willemus de Pontearca* xxx l. De quibus redidit compotum quando Comes *Glocesterie & Brientiū* audierant compotum de Thesauro apud *Wintoniam*.

Et idem *Gaufridus* reddit compotum de Nova firma Episcopatus: In Thesauro CCC & xxxvj l & x s & xiiij d; Et in Liberatio[n]ibus constitutis viij l & xiiij s & j d; Et in Corredio Regis Scotie redeundo de Curia xxiij s; Et in Corredio Archiepiscopi Eborac[ensis] veniendo ad Episcopatum & redeundo xvij s & vij d; Et in Liberationibus *Walteri Espec & Eustacii filij Johannis dum fuerunt ad necessaria Regis facienda in Episcopatu* xxij s & ix d; Et in præterito anno quando Comes *Glocesterie* & *Brientius* filius Comitis audierunt compotum de thesauro, iij l & iiij s sine tal[ea] ad perficiendum plenum numerum; Et in *Donis*, per breve Regis, Priori de *Canelo Orvaldo*, xij l & v s & viij d; Et in Liberatione *Willemi de Pontearca* quando venit de Normannia & perrexit ad Episcopatum *Dunelmensem* recipiendum, xv l & xv s d, liij diebus; Et in *Perdonis*, per breve Regis, tribus Clericis de Episcopatu C. de ij Ecclesijs quæ ad sumam pertinabant: Et debet xlj l & xij s & viij d.

Et idem *Gaufridus* reddit compotum de C & xl l & v s & v d de Corratio animalium

Episcopatus: In Thesauro quater xx l & xxxvj s & iij d: Et debet xxvij l & ix s & iij d.

Et idem *Gaufricus* reddit compotum de lvij l & vj s & viij d de *Dono* Militum Episcopatus: In Thesauro xlvi l & xvij s & viij d cum Militibus de *Iudeia*: Et debet xij l & x s.

Et idem *Gaufridus* reddit compotum de xvi l & v s & iij de *Tainis* & *Dreinnis* & *Smalemannis* inter *Tinam* & *Teodam*: In Thesauro xxxvj l: Et debet xl & v s & iij d. *Maj. Rot. 5. Ste. Rot. 13. b. in compotu de Episcopatu Dunelmi.*

(w) *Anschetillus de Wrecestria* reddit compotum de x l, de Veteri firma Maneriorum Episcopatus *Dunelmi*: In Thesauro liberavit, Et quietus est.

Et idem de Nova firma: In Thesauro CC & ix l & xs: Et in Corredio Regis Scotie, Lxx s & viij d; Et in *Donis*, per breve Regis, Bernardo Cleico xxs in quadam Ecclesia: Et in Domibus de *Houendena* reparandis, Lxx s; Et in ij Navib[us] em nati, xi s: Et debet ix s & iij d. *Maj. Rot. 5. Ste. Rot. 13. b.*

(x) Eo scilicet *Ranulfo Flambardo* auctori deserto, committitur Episcopatus duolus Baronibus, viz. *Hugoni de Annundavilli & Giffredo seniori Escoiland* ad opus Regis censum diligentibus: vacat it p[er]petuatu[m] & quinquennium excepto uno in die. *Hyp. D. o. lib. ap. Ing. Sac. T. 1. p. 720.*

missis tunc temporis enstodium, Regis nomine, episcopatum *Cawdrie & H. gordie* (y); nondum (ut fas est credere) electum ad episcopatum *Dunclie*; quia simpliciter *Cancellarius Regis* dicitur anno huius *M. & R. Rotuli*; quo etiam anno episcopatus *Dunclie*, ut ante i. costravi, a tu vacavit. Et sane Historia *Dunclensis* refert *Gaufridum Cancellarium* electum in Episcopum dictæ sedis A. D. 1133, R. *Heinr. I* 33 (z). Anno igitur quo hic *Magnus Rotulus* scriptus erat, nondum doabatur *Gaufrido Cancellario Episcopatus Dunclie*; neendum annus R. *Heinrici I* trigesimus tertius advenerat. His quidem omnibus *Heinrico I* regnante gestis.

Anno hujus Rotuli computatae sunt Viccomitibus *Londonie* quedam numerum summæ, quas ipsi eodem anno eregarant in pannis aliquaque necessarijs providendis ad epus [Roberti] Comitis *Normannie* (a). Hic æquum est quadam in antecessum notare. Nemo ignorat principes *Normannorum* antiquos, Comites perinde ac *Duces* sive *Marchijes* aut *Marchiones* passim appellatos; ipsumque adeo, de quo hic res est, *Robertum fratrem R. Heinrici* a coevis historicis *Comitem* sive vocatum (b). Non est autem celandum, verba que posui producere [*Comitis Normannie*], in rotulo a me juxta ante citato breviate scribi [*Com. Norman.*]; quæ forsan nunnulis videbuntur aliquousque dubia sive incerta. Verum tamen, non est, me judice, quod in hac re hereamus. Ego saltem nullam aliam ea quam posui aptiorem lectionem invenire possum. Præterhac meminisse oportet, apud veteres

(y) *Hyl. S. eccl. Cap. 5. Sec. 4.*

(z) Anno Incarnationis Dominiæ M. CXXXIII in Episcopum *Dunclensem* eligitur *Gaufridus*, Regis *Heinrici Cancellarius*, qui *Rufus* dicebatur; consecratusq; est *Eboraci* a *Tuifino Eboracensi Archiepiscopo*. Cujus anno tertio Rex *Heinricus* moritur anno Dominiæ Incarnationis M. CXXXV. *Hyl. Dan. Angl. S. T. 1. 2. 76.*

*Anno Domini 1123, iuxta Mattheum Parisiensem: Anno 1133, iuxta Rogerum de Hoveda, in Hyl. P. 1. 480 n. 20.*

(a) Quatuor Viccomites Londonie redi-  
dant compotum de summa Londonie: In  
*Thefauo xvij. le. lxxij. & ix d. Bl.*: Et in  
liberatione Archi. *pilicopij Rothomag.*, & in  
Pannis *Com. Norman.* xxij l & xs numero.  
*Mag. R. t. 5. Ste. R. t. 15. a.*

It in oltis, per breve Regis, Fulcheredo  
filio Walteri, alijs l. p. o. Ebruict. *Com.*

*Norman. Ibid. Sane quid hoc vix Estruct. significat, penitus ignoro.*

(b) Adventus Comitis Roberti fratris Re-  
gis in Angliam totam Regalem Curiam  
commovit. *Eadm. hyl. Nov. p. 48. nu. 50.*

Ferebatur rumor Rodbertum Normaniæ Comitem ex Apulia adventantem jam  
jamque affore. *Malm. hyl. Hen. 1. p. 156.*  
*nu. 10.*

Robertus Normanniam veniens Comita-  
tum suum obstante nullo recepit. *Malm.*  
*ib. p. 156. nu. 20.*

A Sieberto in anno Mvi Richardus Co-  
mes Northmannorum dicitur. In anno  
*Llxvij* Guillelmus Comes Northmannorum,  
Rodbertus item in anno Mxvi Comes Nor-  
mannie, quem & Anselmus Abbas *Gembla-  
ccensis* Rodbertum Comitem Northmannie  
appellat, Fulcherius Carnotensis Robertum  
Normannie Comitem. *Valsij Notit. Gall.*  
*p. 38c. col. 1.*

moris fuisse, quas Vicecomes anno officij sui in obsequio Regis pecunias expenderat, eas ipsi in ratiocinio suo pro anno illo ad Scaccarium redditio computari. Id quod factum est a Vicecomitibus *Londonie* in instantia supra allata. His praemissis, revocanda est in memoriam fors luctuosa Roberti Comitis *Normanniae* in hoc Veteri Rotulo memorati. Is filius erat *Wilhelmi Victoriae* natu maximus. Ab R. *Henrico* I fratre ejus juniore in prælio victus in *Normannia*, ductus erat in *Angliam* captivus. Ibi quum libertate ipsisque (ut aiunt) oculis privatus, annis conpluribus degisset, tandem mente Februarij A. D. 1134, imperij R. *Henrici* I penultimo, castro *Carduili* inclusus fato concessit (c).

In *Magno Rotulo* anni noni R. *Ricardi* I memoriae proditum est, Manerium de *Danecaftria* in agro *Eboracensi* situm, invadiatum fuisse R. *Henrico* I pro marcis monetæ quingentis (d). Istius autem Manerij invadiatio in hoc Veteri nostro Rotulo memoratur disertis verbis, sicut hic in margine patet (e). Manerium illud Regi traditum erat in vadio ad debitum prædictum securum præstandum. Et quidem tempore procedente, debitum ipsum sive Finis in *Magnis Rotulis* annuatim scribi desijt; postmodumque Regi continuo responsum est in *Magnis Rotulis* R. *Henrici* II de exitibus sive fructibus *Danecaftriæ*, tanquam si Rex tenuisset in dominio (f). Sic ergo se res habuit. *Robertus Foffard finem fecit* (uti vocarunt) cum R. *Henrico* I, in quingentis marcis argenteis, pro saifina terrarum suarum habenda. Et summae illius cavendæ gratia, tradidit Regi Manerium *Danecaftrium*; redi-

(c) Anno ab incarnatione Domini Mcccxxiiij indictione xij, Robertus II Dux Normannorum, xvij anno ex quo apud Tenerhebraicum captus est & in Cædere fratris sui detentus est mense Februario *Carduili Britannie* obiit, & in Cœnobio Monachorum S. Petri Apostoli *Gloucestriæ* tumulatus quiescit. *Order. Vit. f. 893. D.*

(d) Robertus de Turneham reddit compotum de Dmarcis, Pro quietantia Manerij de *Danecaftria*, quod est de hereditate Johanna uxoris sue, quod Manerium fuit invadiatum Regi H. primo pro D marcis. *Mag. Rot. q. Kic. 1. R. n. 4. a. Everwicheira. citat. in Hj. Seac. 1. s. 1. C. p. 13. fol. 8.*

(e) Robertus Foffardus r e de xij s & viij d, pro recuperanda terra sua primitus; In thesauro xx s, Et debet xxi s & viij d.

Et idem debet D marcas argenti, Ut iterum rehabeat terram suam, excepta Done-

castra, quam concessit Regi tenere in manu sua usque ad xx annos: Et si tunc reddiderit D marcas argenti insimul, rehabebit Donecastrum. *Mag. Rot. 5. Ste. Rot. 3. a. Everwicheira.*

(f) *Danecaftria*. Eudo Praepositus reddit compotum de Lxvj l & xij s & iiiij d numero de firma de *Danecaftria*: In th. 1, Et Q. e. *Mag. Rot. 17. H. 2. Rot. 5. a. Everwicheira.*

Radulfus Clericus de *Danecaftria* r e de Lxvj l & xij s & iiiij d numero, de firma de *Danecaftria*; In th. 1, Et Q. e. *Mag. Rot. 27. H. 2. Rot. 3. b. Everwicheira.*

Radulfus Clericus & Adam de *Everwicheira* & *Willemus Prat* r e de Lxvj l & xij s & iiiij d numero de firma de *Danecaftria*; In th. 1, Et Q. e. *Mag. Rot. 28. H. 2. Rot. 4. b. Everwicheira.*

mendum felicet, simulatque *Robertus* pecuniam illam una integraque summa solverit. Pensatis autem Recordi citati verbis, fas est credere, conventionem hauc inter Regem & *Robertum Fossard* tunc recenter fuisse initam. *Robertus* finem fecit pro nova & recenti faisina terræ sua [pro recuperanda terra sua primitus]. Deinde, concessit *Dane-castri* Regi: id est, Regi iam tum regnanti. Si enim ista conventio continuaretur adusque tempora R. *Stephani*, & in ejus *Magnis Rotulis* inventa esset, probabiliter dictum fuisset, non Regi simpliciter, sed Regi *Henrici* I; ut sit in *Magno Rotulo* supra laudato R. *Ricardi* I. Quocirca, rebus collatis, minime dubitemus, quin Rex in hac conventione memoratus, fuerit *Henricus* I.

In hoc Rotulo describitur primus *Elienensis* Episcopus *Herveius*, varia cum Rege negotia peragens. Computat Regi de septem marcis auris & dimidia, pro officio *Wilhelmi* nepotis sui: partem summæ solvit, de residuo scribitur obsecratus. Pacificatur cum Rege pro immunitate Militum Episcopatus sui atque Abbatiae de Cateriz. Denique, rationem init cum Rege de summa Mille librarum, ut Rex jubeat Milites Episcopatus *Elienensis* excubias agere in insula de *Ely*, quemadmodum consuetum est in Castro *Norwici*: illius summæ partem, nempe trecentas sexaginta quatuor libras solvit in Thesauraria Regia, & de reliqua summa Regi obsecratus scribitur (g). Certe anno hujus Rotuli *Herveius* in vivis fuit: nam memoratur hic ut compotum reddens & pecuniam in Seaccario solvens; quae sunt acta viventis. Obijtque, secundum quosdam, anno Domini 1131, [R. *Henrici* I anno circiter 32], secundum alios A. D. 1133 [ejusdem Regis anno 34 ineunte] (h).

Præterea, in Veteri nostro Rotulo, Vicecomitibus *Londonie* rationem officij sui in Seaccario Regio redditibus, computati erant (inter plu-

(g) *Herveius* Episcopus de *Ely* reddit compotum de vii marcis auri & dimidia, pro Ministerio *Wilhelmi* nepotis sui. In Thesauro xvij l pro iii marcis auri. Et debet iij marcas auri & dimidiā. Et quater xx & xij l & xs.

Et idem Episcopus debet C marcas argenti, pro qualam veteri Conventione quæ sita fuit inter eum & Regem in Normannia.

Et idem Episcopus debet Cl, p. o. placito quod fuit inter eum & Abbatem S. Edmundi & Abbatem de Ram. fl.

Et idem Episcopus debet CC & xl, ut Rex clamet eam quietum de imperio. Mili-

tum Episcopatus, & ut Abbatia de Cateriz sit quieta de Warpenna.

Et idem Episcopus reddit compotum de Ml, ut Milites Episcopatus de *Ely* faciant Wardum suam in Insula de *Ely*, sicut faciebant in Castello de Norwic: In Thesauro CCCLxijij; Et debet DC & xxxvijl. *Mag. Rot.* 5. *Siz. Rot.* 5. a. tit. Grentebrugseca.

(h) *Herveus* (episcopus *Elienensis*) obijt A. D. 1131, 30 Augusti, ex fide Annalium *Winchelcumbæ*, Continuatoris *Florentij*, & obituarij *Elienensis* vetustioris; *Angl. Sac. T. 1. p. 615*; sed A. D. 1133, ex *Ricardi Continuatione Hist. Elien.*; *Ib. p. 618*.

rima alia) sumptus quos posuerunt, in parandis tam oleo lampidum juxta sepulchrum Reginæ ardentium, quam pannis eidem sepulcro imponendis (*i*). Hinc inferendum est, Reginam nuperrime, atque adeo intra limites Comitatum (*Ballivam vocamus*) Vicecomitum *Londonie*, quin & ipso circiter anno de quo Vicecomites rationem hic reddunt, obijisse. Per *Reginam* intelligo Reginam *Consortem*, sive quæ hora mortis *Consors* fuit. Sciscitamus autem, ecquænam Regina Regisne *Henrici I* una vel altera, an vero Regis *Stephani*. Non *Matilda* R. *Stephani*; si recte judico. Illa enim mortem obiit tertio die Majj A. D. 1151, anno currente R. *Stephani* decimosexto (*k*); adeo ut illius mors intra nostrum præsentem temporis cyclum non cadat, nec illam hic intelligendam verisimile sit. Non *Adeliza*, sive *Alicia* secunda uxor R. *Henrici I*. Illa cnim ei nupta fuit paulo ante diem Purificationis S. *Mariae*, A. D. 1121, R. *Henrici I* anno vicesimo secundo gyranter (*l*); eique supervivens postmodum nupta erat *Willemo de Albini*. Quocum vixit, ut fertur, multis annis. Cyclo nostro utique non comprehensa. Quam igitur Reginam sciscitamus, ea, ni male auguror, est *Matilda* uxor prima R. *Henrici I*. Quæ *Westmonasterij* animam efflavit, Aprilis die 29<sup>a</sup> aut 30<sup>o</sup>, anno Domini N. J. C. 1118, imperij R. *Henrici I* decimo octavo volvente; in Abbatia *Westmonasterienſi*, intra ballivam sive districtum Vicecomitum *Londonie* & *Middlesexæ*, sepulta; sicut *Chronicon Saxonicum*, *Eadmerus*, & *Rogerus de Houdene*, testantur (*m*). Sane *Wilhelmus Prynne* Antiquarius diligentissimus, intuitu eorum que de Regina tunc nuper demortua, nec non de *Herveio Præfule Elienſi*, in Veteri nostro Rotulo continentur, non dubitavit pronunciare, illum esse Rotulum de tempore R. *Henrici I*, immo de anno decimo octavo ejusdem Regis (*n*). Ego in hoc negotio vercor adseverare seu fiderenter sententiam ferre.

(*i*) Et in oleo ad ardendum ante sepulchrum Reginæ, xv s & ij d & obolus. *Mag. Rot. 5. Ste. Rot. 15. a. Londonia.*

Et in panno emendo ad ponendum super sepulchrum Reginæ, ijs Numero. *Ib. just.*

(*k*) *Sandfordi Geneal. Hist. p. 40.*

(*l*) *And rofan Eanfel-mærran &c.* Et ante festum *Candellarum*, in *Windleſora* ei in uxorem data est Athelis, quæ postea in Reginam fuit sacra. Eratque illa filia Ducis de *Luvain*. *Chron. Sax. p. 222. ad A. D. 1121.*

(*m*) *And seo efen Mahald rofð-repte on Westmonasterie þær dægær kl. Maij 13 ær þær bebyrged.* Et

Regina Mahald obiit Westmonasterij Calendis Majj; ibique sepulta fuit. *Chron. Sax. p. 221. ad A. D. 1118.*

His diebus gravi damno Anglia percussa est, in morte Reginæ. Defuncta siquidem est apud Westmonasterium Kl. Maij, & in ipso Monasterio decenter sepulta. *Eadm. Hist. Nov. L. 5. p. 122. lin. 37.*

Anno 1118 —, Matildis Regina Anglorum pridie kal. Maij apud Westmonasterium obiit, & in ipso Monasterio decenter et sepulta. *Hoved. 1. p. 474. n. 2, 3.*

(*n*) *Prynne. de Auro Reginæ. in append p. 5.*

Hactenus, Amplissime Baro, tanquam in lance libravi subjectam materiam in tres questiones divisam; Primam, Utrum Vetus hic Rotulus sit Regis *Henrici II*; Secundam, An R. *Stephani*; Tertiam, An R. *Henrici I*. Libramenti istius hic est effectus: Majus rationis pondus in Tertiam quæstionem recidit: nempe Rotulum illum ad R. *Henrici I* tempora oportere referri: Utrum autem ad annum decimumoctavum, an alium quempiam annum dominationis illius Regis, periti judicent. Ut eunque; ego adeo caute ac diffidenter egi, ut in tota præcente Historia, quoties Veterem hunc Rotulum citare opus fuit, eum, pro more hucusque sueto, *Magnum Rotulum* anni Quinti R. *Stephani* appellare malui, quam mea privata opinione fretus, a communi usu discedere, novamque Rotulo illi denominationem indere. Idque profecto consultissimum duxi. Non enim meum esse puto, & causam dicere & simul judicium ferre. Nihilominus, penes Antiquarios erit (nec repugnabo) si quidem ex ijs quæ superius dixi, aut quæ ipsi melius norunt, causam esse viderint, stylum in hoc casu in posterum mutare, ac Rotulum istum a. R. *Henrici I* imperio deneminare.

Jamque huic Disceptationi finem imponere cupio: Maximas Tibi gratias habiturus, quod meis studijs favere dignaris. Sed quid dico? Tua etiam sunt. Amplitudinem Tuam in partes nostras trahere melior. Neque id temere. Nam artem historicam amas ut qui maxime. Ejus excolendæ, ornandæ, & illustrandæ causa, variam supellec̄tilem antiquariam collegisti. Nec intra Patriæ fines cohabetur illud Tuum disciplinæ studium. Historiæ & Antiquitatum *Græciæ*, *Italiæ*, aliarumque politarum *Europæ* nationum scientissimus es. Quocirca, non est quod dubitem, rogata prius venia, Te Antiquarium salutare. Immo ut Talem Te hucusque adloquutus sum. Postposui enim aliquoties *Romanam* puritatem; vocibus sub medio seculo introductis utens. Idque feci ex industria, ut tulit occasio; malens barbarice loqui, quam obscure aut incerte. Evidem vir Cl. *Henricus Meibomius* antiquitatis monumentum a viris doctis in pretio habendum censuit, propterea solurn quod pervertustum erat: *propter antiquitatem* (inquit) *que apud litteratos omnes in pretio est* (o). Nec sane immmerito. Sed mihi non licet esse tam animoso: nam e nostrisibus pauci in *Meibomij* sententiam eunt. Quid autem? Hic conjungitur cum antiquitate utilitas. Discepto jam nunc de *Magno Rotulo* non solum antiquo, sed etiam utili & momento so.

(o) *Meib. notæ ad Chron. Corbiense*, p. 134, n. 10.

Utcunque autem hæc sint, Baro eruditissime, floreat doctrina Antiquaria Historica & Philologica, virorum præstantissimorum ac præfertim Regiæ Majestatis auspicijs. Floreat, inquam, in alma nostra patria, Antiquitatum scientia, justa, candida, fidelis, ingenua. Floreat Historia Britannica. Recordis authenticisque expromatur. Scribatur lente, mature, ordinate, sincere, dilucide; sine partium studio, sine pravo consilio, sine omni vili affectu viris literatis indigno. Ad summam; tota disciplina encyclia, quæ dñdum (ut aiunt) marcescere visa est, reflorescat: Omnesque laudandæ Artes vigeant & augeantur quandiu terrarum orbis consistet. Faxit autem Deus Ter Optimus Maximusque ut quæ hic supplex voveo, felicem aliquando fortiantur effectum. Quod reliquum est, Perillustris Baro, ad Tuam benignitatem recurro. Speroque hanc meam qualemqualem Disquisitionem Tibi non inacceptam fore, propterea saltem quod procedat a viro Tuarum virtutum cultore humillimo atque observantissimo. Dabam Londoniæ Kalendis Maijs Anno D. N. J. C. 1708.



---

---

# A D V E R T I S E M E N T

T O T H E

## I N D E X.

*THE Judicious Author of the History of the Exchequer was pleased, towards the Close of his Life, to distinguish the Compiler of this Index with frequent and familiar Conversation; and, among other Instances of Regard, did consult with him, and ask his Care in the Publication of Firma Burgi.*

*That Labour, under the Author's own Inspection, being satisfactorily performed, He sundry Times mentioned, with great Regret, the Want of an Index to the History of the Exchequer; and was so explicit as to insist, that on Subjects of this Nature, the Index should contain Chronological References, and likewise supply the Place of a Glossary.*

VOL. II,

\* \* \*

The

## A D V E R T I S E M E N T.

*The Dates of the Kings Reigns therefore, in which particular Persons lived, or filled such a Station, or enjoyed such an Estate, or performed such an Action, are at First View One obvious Reason of running out this Index to so great a Length.*

*A Glossary to explain uncommon Words cannot be without its Use; especially to Persons not intimately acquainted with these Subjects: And it is hoped there is not a single Instance through the Whole, where the Author's Explication of any Word is omitted, much less if it is explained by any original Instrument.*

*It is conceived the Antiquaries will on many Accounts be indebted to this Index, in having these noble Materials, which in some respects lay buried and concealed out of Sight, digested and brought into open Light.*

*The Antiquity of Families and of our Laws in numerous Instances may be reduced to a short Inquiry from hence.*

*Here likewise many Articles towards a Chronicon Preciosum may be gathered.*

*The Heralds may be rescued from the Uncertainties arising from Change of Names, or from Estates and Titles descending to Heirs general, by Esnecy or otherwise.*

## A D V E R T I S E M E N T.

*The Original of the Names of Places may frequently be ascertained, by observing the ancient and different Orthography, which has constantly been attended to.*

*I am persuaded there is no History of any County in England, which will not receive some Ornaments and Improvements from the Assemblage of Persons, Places, and Facts here made; the Earldoms and Baronies with their Knights Fees; the Sheriffs of Counties and Proprietors of Manors; the Sergeanties annexed to Offices; the several Sorts of Tenure, particularly of Ecclesiasticks; the Estates and Endowments of Bishopricks and Religious Houses, being some of the many Curiosities crowded into this Treasure.*

## I N D E X.



---

# I N D E X.

---

N. B. The Reader is desired to consider the Direction in this Index pointing to c. i. 2., as referring to the First or Second Column of Notes.

---

**A** Aron the Jew of Lincoln, his forfeited estate 3 Richard i. I. 192. whence Aaronis scacarium or receipt, 190.

Attingham, I. 439. c. i. g.

Abadam, John, summoned to the expedition against Scotland among the barons of Gloucestershire, 26 Edw. i. I. 655. c. i.

Abbat of Westminster and Saint Alban, 11 Henry ii. I. 44. Many parliamentary Abbats enumerated, 3 Hen. iii. I. 67. c. 2. x. The order of their signing, *ibid.* Before the temporal lords, *ibid.* Abbat de Valle Dei, I. 430. c. i. y. Richard Abbot has the custody of the palace of Westminster, 9 Edward ii. II. 85. Abbats swore to the king, 12 Edward ii. II. 149.

Abbeton, Sasfrid chaplein of, 10 Hen. iii. I. 239. c. i. x.

Abbetot, John de, 2 Henry iii. I. 475. c. 2. n. Alexander's tenure according to B. de Fiivils plea, 38 Henry iii. I. 597. c. i. z. Geoffrey de Abbetot custos of the honor of Wilekin de Beauchamp, 11 John, I. 644. c. 2. p.

Abbey of Fontanelle, I. 49. c. i. d. Of Saint John of Colchester when founded, I. 49. c. 2. i. Of Ousche and Fontanelle in Normandy, not to be impleaded but before the king, I. 92. Many abbeys enumerated, 26 Edward i. II. 123. c. i. u.

Abdodesbirie, that Abbey accompted for, 14 John, I. 312. c. 2. a. Its fine, 13 Henry iii. I. 661. c. i. i. Abbotsbury accompts for one fee, 5 Henry iii. I. 667. c. i. m.

Abbreviations both of christian and surnames frequent in old membranes, Pref. I. xi.

Abel, John, asses'd the tillage in Surry and Sussex, 6 Edward ii. I. 744. c. i. w. c. 2. x. Was baron of the Exchequer, 5 Edward ii. II. 26. c. 2. d. II. 59. c. i. d. Richard Abel goldsmith cut the dyes of the moneyours, 27 Henry iii. II. 88. c. i. c.

Abendon, Robert de, his interest in the village of Bocklande, 13 John, I. 218. c. 2. w. Thomas de Hesleborn accompts for the honor of Abendon, 31 Henry ii. I. 309. c. 2. s. Abbat of Abendon has the hundred

# I N D E X.

- died of Hornemere, Berkshire, 13 Henry ii. I. 416. c. 2. a. Abendon cloth temp. Henry iii. I. 530. That abbots scutage for the Irish expedition, 15 Henry ii. I. 629. c. 2. a. See Abyngdon, and II. 278. c. 1. z.
- Abernun, Ingelram de, his knights fees in Cambridgeshire, 41 Henry iii. I. 47. c. 1. w. Jordan de Abernum one of the heirs of Henry de Secchevil, 10 Richard i. I. 514. c. 2. c. c. V. Daubernum.
- Abjurers of counties, &c. I. 471. c. 2.
- Abrincis, William de, one of the inquisitors upon the sheriffs, 16 Henry ii. I. 140. Robert de Abrincis fines for his fury, 5 Stephen, 473. c. 1. l. William de Abrincis his knights fees in Kent, temp. Henry iii. I. 579. c. 1. i. Simon de Abrincis his escuage, 6 Ricardi i. p. 590. c. 2. l. Richard de Abrincis fines for his lands in the bishoprick, 8 Richard i. I. 715. c. 2. The scutages of William de Abrincis, 9 Henry iii. II. 27. c. 2. e. Turgis de Abrincis attests a charter of king Stephen, II. 139. c. 1. e. Bishop of Exeter has the ward of the land and heir of William de Abrincis, 18 Henry iii. II. 198. c. 2. u.
- Abyndon, Mr. Richard de, baron of the Exchequer, 1 Edward ii. I. 75. c. 1. t. again 2 Edward ii. II. 8. c. 2. m. II. 46. c. 2. u. replaced baron of the Exchequer, 1 Edward ii. II. 57. c. 2. y. Is superannuated, 10 Edward ii. II. c. 2. f. Baron of the Exchequer, 34 Edward i. II. 66. c. 1. g. Assign'd one of the surveyors of the king's castles and manors, 1 Edward ii. II. 67. c. 2. q. Oc-
- curs again baron of the Exchequer, 34 Edward i. II. 71. c. 2. l. Shephen de Abyndon sheriff of London, 8 Edward ii. II. 161. c. 2. q. Abbat of Abyndon collector of disseme, 9 Edward ii. II. 181. c. 2.
- Accha fil. Ernebrand, 5 Stephen, I. 147. c. 1. r.
- Accley prior has two knights fees in Herefordshire, 29 Henry iii. I. 596. c. 1. s. Reginald de Acle to seize the sheriffalty of Gloucestershire, 1 Edward i. II. 68. c. 2. y. Mentioned as late sheriff of Gloucester, 56 Henry iii. II. p. 180.
- Accompts, with the manner of accompting at the Exchequer, II. 127, &c. The difference between the accompting of commoners, and lords, II. 242, 243.
- Ace, Benet, accompts for the king's wines, 30 Henry iii. I. 768.
- Achard de Sproxton, 4 John, I. 217. c. 1. l. Achard the king's moneyour, his aid for marrying the king's daughter, 14 Henry ii. I. 568. c. 2. i. William Achard's fees in Berkshire, 18 Henry ii. I. 648. c. 1. a. Which were granted to William's grandfather temp. Henry i. ibid. A tallager of Berkshire, 8 Richard i. I. 705. c. 1. t. Robert Achard had the manors of Aldermanston and Spersholt before 26 Edward i. II. 8. c. 1. l.
- Achatum or purchase, I. 425. c. 1. c.
- Achley belonged to the king of Scots, 13 Henry ii. I. 539. c. 1. w.
- Aclet, Mr. Ernald de, his fine of an hundred and forty palfreys with accoutrements, 14 John, I. 273. c. 2. i.
- Acre, Derekin del, 9 Richard i. II. 198. c. 1. r.

Adam,

# I N D E X.

- Adam, or Fitz-Adams, William son of, his pardon, an. 1184. I. 168. c. 2. Robert son of Adam of Westmoreland, 3 John, I. 206. c. 1. o. William's interest in Northumberland, 3 John, I. 404. c. 1. a. His land in Baenburg, *ibid.* Odard and Adam Fitz-Adam, their tenure by cornage, 3 John, I. 658. c. 2. n. Robert Fitz-Adam his estate in Carlisle, 3 John, I. 659. c. 2. b.**
- Adelakeston, a town of the king of Scots, 14 Henry ii. I. 540. c. 1. y.**
- Adeling, Edward, 26 Henry ii. I. 549. c. 2. g.**
- Adeliza, queen of Henry i. I. 58. c. 1. a.**
- Adeliza the wife of Roger Bigot had the honour of Belveder from her father, I. 315. c. 2. q.
- Adelpald and Adonald, Pref. xxvii. c. 2.**
